This booke was gyven mee by my good ffreinde William Man
Esquire this thirde daye of August 1609 -/

Pe: Hanwood.



A thing there is that
hunger cannot kill although
a thousande yeares it ſleepeth
[illegible] but once

De naturis rerum animalium volucrum piscium lapidum arborum quorundam



IN principio creauit deus celum et terram, Terra autem erat inanis et uacua: et tenebre erant super faciem abissi. et spiritus domini ferebatur super aquas, Dixitque deus: Fiat lux. et facta est lux. Et uidit deus lucem quod esset bona: et diuisit lucem a tenebris. Appellauitque lucem diem: et tenebras noctem. factumque est uespere et mane: dies unus;



Dixit q̄q; deus fiat firmamentum in medio aquarum. ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit ds̄ firmamentum, diuisitq; aquas que erant sup firmamentum ab hiis que erant erant sub firmamento ⁊ factum. ē. ita; Vocauitq; deus firmamentum celum: ⁊ factum est uespere ⁊ mane dies secundus;



Dixit uero ds̄; Congregentur aque q̄ sub celo sunt in locum unum. ⁊ appareat arida; Factumq; ē ita. Et uocauit ds̄ aridam t̄ram: congregacionesq; aquarum appellauit maria. Et uidit ds̄ q̄ eēt bonum ⁊ ait; Germinet terra herbam uirentem ⁊ facientem semen. ⁊ lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum c̄ sem̄ in semetipō sit sup t̄rā. Et. f. ē. ita; Et ptulit t̄ra h̄bā uirentē ⁊ afferentē sem̄ iux. g. s. lignūq; facieñ fructū ⁊ h̄ns unū q. q; sementē. s. spē suā. Et. u. d. q. eēt. b. F. q;. ē. uespe ⁊ mane dies t̄cius.



Dixit autē
ds. fiant
lumina
ria in fir
mamen
to celi. ⁊
diuidāt
diem ac
noctem:
⁊ sint in signa ⁊ tempora. ⁊ dies ⁊ annos. ⁊ luceant
in firmamento celi. ⁊ illuminent t̃ram. Et. f. ē. ita
Fecitq; ds duo magna luminaria. luminare ma
ius ut p̄eēt diei: ⁊ luminare min᷒. ut p̄eēt nocti. ⁊ stel
las. ⁊ posuit eas in firmamēto celi. ut lucerent sr̄ t̃ram.
⁊ p̄eēnt diei ac nocti ⁊ diuiderent lucē ac teneb̃s. Et
u. d. q. eēt. b. Et factum. ē. uespe ⁊ mane. dies q̃rt᷒.

6



Dixit ⁊
ds. Pro
ducant
aque
reptile
anime
uiuent̃
⁊ uolati [illegible]
le sup
t̃ram: sub firmamēto celi. Creauitq; ds cete grandia
⁊ omnem animam uiuentem atq; motabilem q̃m p
duxerant aque in species suas. ⁊ omne uolatile scd̄m [illegible]
genus suum. Et uidit ds q. eēt bonum: bn̄dixitq; eis
dicens. Crescite ⁊ multiplicamini. ⁊ replete aquas ma
ris. auesq; multiplicentur sup t̃ram; Et factum. ē.
uespere ⁊ mane dies quintus.



Dixit quoque deus. Producat terra animam viventem in genere suo. iumenta et reptilia et bestias terre. secundum species suas. Factumque est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta species suas et iumenta. et omne reptile terre in genere suo;



Dixit quoque deus faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. et presit piscibus maris et volatilibus celi. et bestiis universeque creature omnique reptili quod movetur in terra. Et creavit deus hominem ad imaginem suam. ad imaginem dei creavit illum. masculum et feminam creavit eos. Benedixitque illis deus: et ait. Crescite et multiplicamini: et replete terram et subicite eam. et dominamini piscibus maris: et volatilibus celi. et universis animantibus que moventur super terram; Viditque deus cuncta que fecit: et erant valde bona. Et factum est vespere et mane dies sextus. Igitur perfecta sunt celi et terra et omnis ornatus eorum. Complevitque deus die septimo opus suum quod fecerat: et requievit die septimo ab omni opere quod patrarat;

Non quia erat lassus qui longa gravamina passus
Sed pro completis indicitur hora quietis.

Liber [illegible]

[illegible]

[illegible]


Matheus
Iohannes
Marcus
Lucas



Omnibus animantibus adam primus uocabula indidit. appellans unicuique nomen ex presenti institutione iuxta conditionem nature cui seruiret. Gentes autem unicuique animalium ex propria lingua dederunt uocabula. Non autem secundum latinam linguam atque grecam. aut quarumlibet gentium barbararum. nomina illa imposuit adam. sed illa lingua que ante diluuium una fuit omnium. que hebrea nuncupatur. Latine autem animalia siue animantia dicta. quod animentur uita. et mouentur spiritu. Quadrupedia uocata. quia quatuor pedibus gradiuntur. que dum similia sint pecoribus. tamen sub cura humana non sunt ut cerui. dame. onagri. et cetera. Sed neque bestie sunt. ut leones. neque iumenta ut usus hominum iuuare possint. Pecus dicimus omne quod humana lingua et effigie caret. Proprie autem pecorum nomen his animalibus accomodari solet. que sunt aduescendum apta. ut oues et sues. aut inusu hominum comoda ut equi et boues. Differt autem inter pecora et pecudes. Nam ueteres communiter insignificatione omnium animalium pecora dixerunt. Pecudes autem tantum illa animalia que eduntur quasi pecu edes. Generaliter autem omne animal pecus apascendo uocatum. Iumenta nomina unde traxerunt. quod nostrum laborem uel onus suo adiutorio subuectando uel arando iuuent. Nam bos carpenta trahit. et durissimas terre glebas uomere uertit. Equus et asinus portant onera. et hominum ingradiendo laborem temperant. Unde et iumenta appellantur. ab eo quod iuuent homines. Sunt enim magnarum uirium animalia. Item quoque armenta uel quod sint armis apta. id est bello. uel quod his in armis utimur. Alii armenta boues intelligunt. ab arando quasi aramenta. uel quod sint cornibus armata. Discretio est autem inter armenta et greges. Nam armenta equorum et boum sunt. greges uero caprarum et ouium.





Incipit liber de naturis bestiarum.

Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum; De leonibus et pardis et tigribus, lupis et vulpibus, canibus et simiis.

Bestiarum vocabulum proprie convenit leonibus, pardis et tigribus, lupis et vulpibus, canibus et simiis, ac ceteris que vel ore vel unguibus seviunt, exceptis serpentibus; Bestie autem dicte a vi qua seviunt. Fere appellate eo quod naturali utuntur libertate et desiderio suo ferantur; Sunt enim libere eorum voluntates et huc atque illuc vagantur, et quo animus duxerit eo feruntur; Leonis vocabulum ex greca origine inflexum est in latinum: grece enim leon vocatur, et est nomen nothum, quia ex parte corruptum; Leo enim grece latine rex interpretatur, eo quod princeps sit omnium bestiarum; De generibus luporum.

Quorum genus tipharium dicitur, e quibus breves et iuba crispa imbelles sunt; Longi et coma simplici acres animos eorum frons et cauda indicat: virtus eorum in pectore, firmitas autem in capite; Rotarum timent strepitus, sed ignes magis. Leo natura sue vi superbus, ferocitatem suam aliarum ferarum generibus miscere nescit, sed quasi rex quidam plurimorum dedignatur consortium; De tribus principalibus naturis leonis.

Phisici dicunt leonem tres principales naturas habere. Prima natura eius est quod per cacumina montium amat ire; Et si contigerit ut queratur a venatoribus, venit ad eum odor venatorum, et cum cauda sua tegit post tergum vestigia sua; Tunc venatores investigare eum nequeunt; Sic et salvator noster scilicet spiritualis leo de tribu iuda, radix iesse, filius david, cooperuit vestigia sue caritatis in celis, donec missus a patre descenderet in uterum virginis marie, et salvaret genus humanum quod perierat; Et hoc ignorans diabolus scilicet huma

Leo nullius occursum pavet

bestia a vi.

fere

leo .i. rex.

Luporum 3a genera.

virtus in pectore firmitas in capite rotarum impetus et ignes timent

Leo plurimorum dedignatur consortium

3 proprietates leonis

1a

applicatio

in generis inimicus: quasi purum hominem ausus est
temptare; Etiam hoc ignorantes qui sursum erant an
geli eo ascendente ad patrem. dicebant ad eos qui cum
eo ascendebant; Quis est iste rex glorie? Secunda natura eius
2 est: quod cum dormit oculos apertos habere uidetur; Sic et dominus
noster corporaliter obdormiens in cruce. sepultus est et deitas
eius uigilabat. sicut dicitur in canticis canticorum; Ego dor
mio et cor meum uigilat; Et in psalmo; Ecce non dormi
tabit neque dormiet qui custodit israel; Tercia natura eius est;
3 Cum leena parit catulos suos generat eos mortuos et cus
todit eos tribus diebus donec ueniens pater eorum tercia die in
sufflat in faciem eorum et uiuificat eos; Sic omnipotens
pater dominum nostrum ihesum christum tercia die suscitauit a mortuis.
dicente iacob; Dormitabit tanquam leo, et sicut catulus leo
nis suscitabitur; Circa hominem leonum natura est. ut nisi lesi
nequeant irasci; Adcuius exemplum rationabiles hom
ines respicere debent qui non lesi irascuntur. et innocentes op
primunt: cum iubeat christiana lex noxios dimittere liberos;
Patet enim leonum misericordia exemplis assiduis. prostratis
enim parcunt: captiuos obuios repatriare permittunt; In
uiros pocius quam in feminas seuiunt; Infantes non nisi in
magna fame perimunt; Pariter omnes pariunt a sagina;
Primum quod alternis diebus potum: alternis cibum capiunt;
At frequenter si digestio non est insecuta: solite cibationi
superponunt diem; Tum quod carnes iusto amplius deuo
ratas congrauantur; insertis in ora unguibus sponte extra
hunt; Sane et cum fugiendum est: in sacietate idem fa
ciunt; Senectam leonum defectio probat dentium; Ad
uersi coeunt; Nec hii tantum: sed et linces. et cameli. et ele
phanti: et rinocerontes. et tygrides. et leene; Fetu primo

---

catulos quinque educant; Deinde per singulos numerum
decoquunt annis insequentibus; Et postremo cum ad
unum peruenerint. materna fecunditas reciditur: steri
lescunt in eternum; Leo cibum fastidit hesternum: et
ipsas sue esce reliquias auersatur; Que autem ei se scire
fera audeat: cuius uoci tantus naturaliter inest ter
ror ut multa animantium que per celeritatem possunt
euadere eius impetum. rugitus eius sonitum uelud
quadam ui attonita atque uicta deficiant: Leo eger
simiam querit ut deuoret: quo possit sanari; Leo gal
lum et maxime album ueretur; Leo quidem rex ferarum
exiguo scorpionis aculeo exagitatur. et ueneno serpentis
occiditur; Leontophones uocari accipimus modicas
bestias; Que capte exuruntur ut earum cineris asper
gine carnes pollute iacte per compita concurrentium
semitarum leones necent. si quantulumcumque ex illis
sumpserint; Propterea leones naturali eas premunt
odio atque ubi facultas data est. morsu quidem absti
nent: sed dilaniatas exanimant pedum nisibus; De Tigride.

Simia //
gallus albus.
Scorpionis uenenum.
Cinis [illegible]



Tigris vocata propter volucrem fugam; ita enim nominant perse greci et medi sagittam. Est enim bestia variis distincta maculis, virtute et velocitate mirabilis. Ex cuius nomine flumen tigris appellatur, quod is rapidissimus sit omnium fluviorum. Has magis hircania gignit. Tigris ubi vacuum rapte sobolis repperit cubile, ilico raptoris vestigiis insistit. At ille quamvis equo vectus fugaci, videns tamen velocitate fere se preverti, nec evadendi ullum subpetere sibi posse subsidium, tecnam huiusmodi fraude molitur. Ubi se contiguum viderit, speram de vitro proicit. At illa ymagine sui luditur, et sobolem putat. Revocat impetum, colligere fetum desiderans. Rursus inani specie retenta, totis se ad comprehendendum equitem viribus fundit, et iracundie stimulo velocius fugienti imminet. Iterum ille spere obiectu sequentem retardat, nec tamen sedulitatem matris memoria fraudis excludit. Cassam versat ymaginem, et quasi lactatura fetum residet. Sicque pietatis sue studio decepta, et vindictam amittit et prolem.

DE PARDO.

k Catt of the montayn



Pardus est genus varium ac velocissimum et preceps ad sanguinem. Saltu enim ad mortem ruit. Leopardus ex adulterio leene nascitur et pardi, et tertiam originem efficit. Sic et plinius in naturali historia dicit: leonem cum parda, aut pardum cum leena concumbere, et ex utroque degeneres partus creari, ut mulus et burdo.

13

DE PANTERA.

k panther



Est animal quod dicitur pantera, varium quidem colorem habens, et est speciosissimum nimis et mansuetum. Phisiologus dicit de eo quod inimicum habet solum draconem. Cum comederit et saciatum fuerit, recondit se in spelunca sua et dormit. Post triduum vero exurgit a sompno, et emittit magnum rugitum, et ab ore eius odor suavissimus exit, velud omnium aromatum. Cum autem audierint eius vocem cetera animalia, propter suavitatem odoris sequuntur eam quocumque ierit. Solus autem draco audiens eius vocem, timore perterritus, fugit in cavernis terre. Ibi non ferens odorem torpescit in semetipso, et tanquam mortuus immobilis manet. Sic et dominus noster ihesus christus verus pantera descendens de celis eripuit nos de potestate diaboli. Et per incarnationem suam sociavit nos sibi in filios; cepit omnia, captivamque ducens captivitatem dedit dona hominibus. Quod sit varium animal significatur, sicut dictum est per salomonem de christo qui est sapientia dei patris. Spiritus intelligibilis, sanctus, unicus, multiplex, verus, suavis, aptus, clemens, firmus, stabilis, securus, omnia potens, omnia pro spiciens; Quia speciosum animal sit: dauid dicit de christo. Speciosus forma pre filiis hominum; Mansuetum autem animal ysayas quoque dicit; Gaude et letare filia syon. predica filia ierusalem: quia rex tuus uenit tibi mansuetus; Cum saturatus fuerit recondit se in iudaicis illusionibus. flagellis: alapis. iniuriis. contumeliis: spinis. manibus in cruce suspensus. clauis confixus. felle et aceto potatus. et lancea perforatus. obdormiens requieuit in sepulcro. et descendit in infernum. illic magnum draconem ligans; Ille autem tercio surgit a sompno et emittit magnum clamorem. flagrans suauitatem. sic et dominus noster ihesus christus tercia die resurgens a mortuis sicut dauid dicit; Excitatus est tanquam dormiens dominus: tanquam potens crapulatus a uino; Et exclamauit uoce magna ita ut audiretur in omni terra sonus eius. et in fines orbis terre uerba eius; Et sicut de ore pantere odor suauitatis exit. et omnes bestie que prope sunt. et que longe conueniunt eam sequuntur: ita iudei qui aliquando sensum habuerunt bestiarum. scilicet prope erant per legem. et que longe. idest gentes. que sine lege erant audientes uocem christi. sequuntur eum cum propheta dicentes; Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel et fauum ori meo; Item de eodem. Diffusa est gratia in labiis tuis. propterea benedixit te deus in eternum; Et salomon; Odor unguentorum tuorum super omnia aromata; Item; In odorem unguentorum tuorum curremus; Et paulo post; Introduxit me rex in cubiculum suum; Oportet nos quam citius sicut adolescentulas. id est renouatas baptismo animas post unguentum mandatorum christi currere; De terrenis ad celestia migrare. ut nos introducat rex in palatium suum in ierusalem ciuitatem domini uirtutum. et in monte omnium sanctorum. pantera est

quod christus fuit in inferno

bestia. minutis orbiculis superpicta. ita ut oculatis ex fuluo circulis nigra uel alba distinguatur uarietate; Hec semel omnino parturit. cuius cause ratio manifesta est. Nam cum in utero matris coaluere tres catuli. maturis ad nascendum uiribus pollent. oderunt temporum moras; Itaque oneratam fetibus uuluam tanquam obstantem partui unguibus lacerant; Effundit illa partum. seu potius dimittit: dolore cogente; Ita postea corruptis et cicatricosis sedibus. genitale semen infusum non heret acceptum. sed irritum resilit foras; Nam plinius dicit animalia cum acutis unguibus frequenter parere non posse. uiciantur enim intrinsecus se mouentibus catulis:

De antalops.

A. Antelope



Est animal que dicitur antalops acerrimum nimis ita ut nec uenator ei possit appropinquare; Habet autem longa cornua serre figuram. ita ut possit resecare arbores altas et magnas. et ad terram prosternere. cum autem sitierit: uadit ad flumen magnum eufraten; Est autem ibi frutex qui grece dicitur hericine habens uirgulta subtilia et plyxa: et incipit ludere cornu ad hericinam dum ludit:

hericine: frutex

obligat cornua in uirgulis; Audiens uenator uocem eius uenit ⁊ occidit eum; Sic ⁊ tu homo qui studes sobrius ⁊ castus esse. ⁊ spiritualiter uiuere. cuius duo cornua sunt duo testamenta. per que poteris resecare ⁊ excidere omnia uicia corporalia ⁊ spiritualia. Caue ab ebrietate ne obligeris luxuria ⁊ uoluptate. ⁊ interficiaris a diabolo; Uinum enim ⁊ mulieres apostatare faciunt homines a deo;



v. A. Unicorne.

Unicornis qui ⁊ rinoceros a grecis dicitur. hanc habet naturam. Pusillum animal est simile hedo. acerrimum nimis. unum cornu habens in medio capite. ⁊ nullus uenator capere eum potest; Sed hoc argumento capitur; Puella uirgo ducitur ubi moratur. ⁊ ibi dimittitur in silua sola; At ille mox ut uiderit eam insilit in sinu eius ⁊ complectitur eam ⁊ sic comprehenditur; Sic ⁊ dominus noster ihesus christus est spiritualiter unicornis de quo dicitur. ⁊ dilectus quemadmodum filius unicornium; Et in psalmo alio; Exaltabitur sicut unicornis cornu meum. ⁊ zacharias; Suscitauit nobis cornu salutis in domo dauid pueri sui. Quod autem unum cornu habet in capite. significat hoc quod ipse ait; Ego ⁊ pater unum sumus. ⁊ secundum apostolum; Caput christi est deus; Acerrimum autem dicitur eum. quia neque principatus neque potestates. neque throni. neque dominationes. eum intelligere potuerunt. nec infernus eum tenere potuit. neque subtilissimus diabolus intelligere aut inuestigare ualuit. sed sola uoluntate patris descendit in uterum uirginis propter salutem nostram. Pusillum animal dicitur propter incarnationis eius humilitatem. ipso dicente. discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde; Similis est hedo unicornis. quia saluator ipse factus est in similitudinem peccati carnis. ⁊ de peccato dampnauit peccatum. Unicornis sepe cum elephantis certamen habet. ⁊ in uentre uulneratum prosternit;

DE LINC.



Lincis dicitur quia in luporum genere numeratur. Bestia maculis terga distincta ut pardus. sed similis lupo. huius urinam conuerti in duritiam pretiosi lapidis dicunt. qui ligurius

filiti lupo.

Urina conuersa in lapidem preciosum. ligurium.

appellatur. Quod urinas lincis sentire hoc documento probatur. Nam egestum liquorem arenis in quantum potuerint contegunt invidia quadam nature ne talis egestio transeat in usum humanum; licet dicat plinius eas unum non admittere fetum;

de grype or de gryffon

DE GRIF



Grifes vocatur quod sit animal pennatum et quadrupes. hoc genus ferarum in hyperboreis nascitur locis vel montibus. omni parte corporis leoni, alis et facie aquilis simile. equis vehementer infestum. nam et homines visos discerpit;

de olyfante or de olyphaunte

DE ELEF



Est animal quod dicitur elephans in quo non est concupiscentia coitus; Elephantem greci a magnitudine corporis vocatum putant. quod formam montis preferat; Grece enim mons

elephio dicitur; Apud indos autem a voce barro vocatur; Unde et vox eius barritus et dentes ebur; Rostrum autem promuscida dicitur quoniam illo pabula ori admovet. et est angui similis vallo munitur eburneo; Nullum animal grandius videtur; In eis enim perse et indi ligneis turribus collocati. tanquam de muro iaculis dimicant; Intellectu et memoria multa vigent. gregatim incedunt. murem fugiunt. aversi coeunt; Biennio autem parturiunt. nec amplius quam semel gignunt. nec plures sed tantum unum; Vivunt autem annos trescentos.

Si autem voluerit facere filios. vadit ad orientem prope paradisum. et ibi arbor que vocatur mandragora. et vadit cum femina sua. que prius accipit de arbore et dat masculo suo. Et seducit eum donec manducet. statimque in utero concipit. Cum vero tempus pariendi venerit. exit in stagnum. et aqua venit usque ad ubera matris; Elephans autem custodit eam parturientem. quia draco est inimicus elephanti. si autem invenerit serpentem. occidit eum. quem conculcat donec moriatur. Est enim formidabilis tauris elephans. tamen murem timet; hec est natura eius. si ceciderit non potest surgere; cadit autem cum se inclinat in arborem ut dormiat; Non enim habet iuncturas geniculorum; Venator autem incidit arborem modicum. ut elefans cum se inclinaverit simul cum arbore cadat; cadens autem fortiter clamat. et statim magnus elephans exit. et non potest eum levare; Tunc clamant ambo et veniunt xii. elephantes et non possunt levare eum qui cecidit; Deinde clamant omnes. et statim venit pusillus elephans et mittit os suum cum promuscida. subtus magnum elephantem et elevat eum; habet autem pusillus elephans hanc naturam. ubi incensum fuerit de capillis et ossibus eius neque aliquid mali accidit neque draco; Magnus elephans et mulier eius personam habent adam et eve;

Cum enim carne essent placentes deo ante ipsorum prevaricationem non sciebant coitum. neque intelligentiam peccati habebant. Quando autem mulier manducavit de ligno hoc est intelligibilem mandragoram dedit viro suo. deinde pregnans facta est propter quod exierunt de paradiso. Quam diu enim fuerunt in paradiso non cognovit eam adam. scriptum est enim; Cognovit adam uxorem suam. et concipiens peperit caim super vituperabiles aquas de quibus ait propheta; Salvum me fac deus. q. i. a. u. a. a. m. et statim draco subvertit eos. et alienos fecit ab arce sua; hoc est non placere deo; Tunc venit magnus elephans. hoc est lex et non eum levavit. quomodo non sacerdos eum qui incidit in latrones; Deinde xii elephantes. elevaverunt eum. id est chorus prophetarum sicut nec levita illum vulneratum quem diximus. Sic intelligibilis elephans. id est dominus noster ihesus christus cum omnibus maior sit omnium pusillus factus est quia humiliavit se f. o. u. a. m. ut hominem elevaret. intelligibilis samaritanus. qui imposuit super iumentum; Ipse enim vulneratus tulit infirmitates nostras. et peccata nostra portavit; Interpretatur autem samaritanus custos. de quo dicit david. Custodiens parvulos dominus; Ubi autem est domus presens. neque diabolus appropinquare potest, Elephantes vero promuscida sua quicquid involverint frangunt. pede vero quicquid compresserint velud quodam lapsu ruine ingentis examinare. Propter feminas numquam dimicant; nulla enim noverunt adulteria; Inest illis clementie bonum; Quippe si per deserta vagabundum hominem forte viderint ductus usque notas vias prebent. Vel si consertis pecoribus occursitent: itinera sibi blanda et placida manu faciunt. ne qua tela obvium animal interimant; Conflictus fortuito si quando pugnantur: non mediocrem habent curam sauciorum; Nam fessos vulneratosque in medium receptant;

A bever.

DE CASTORE



Est animal quod dicitur castor mansuetum nimis. cuius testiculi medicine sunt aptissimi. de quo dicit phisiologus. quia cum venatorem se insequentem cognoverit: morsu testiculos sibi abscidit et in faciem venatoris eos proicit. et sic fugiens evadit; Si vero rursus contigerit ut alter venator eum persequatur: erigit se et ostendit virilia sua venatori; Quem cum viderit testiculis carere: ab eo discedit; Sic omnis qui iuxta mandatum dei versatur et caste vult vivere: secat a se omnia vicia. et omnes impudicicie actus. et proicit eos a se in faciem diaboli; Tunc ille videns eum nichil suorum habentem: confusus ab eo discedit; Ille vero vivit in deo. et non capitur a diabolo. qui dicit persequar et comprehendam eos; Castor dicitur a castrando;

DE ANIMALI QUOD DICITUR IBEX:



Est animal quod dicitur ibex. duo cornua habens. quorum tanta vis est. ut si ab alto montis ad ima demissus fuerit. corpus eius totum his duobus cornibus sustentetur illesum; Significat autem eruditos homines. qui duorum testamentorum consonantia quicquid

eis aduersi acciderit: quasi quodam salubri temperam̄
to temperare solent. ⁊ uelud duobus cornibus fulti: bona q̄
ꝓpetrant ueteris testamenti. ac euuangelice lectionis attes
tacione sustentant; **DE YENA.** Hiena

Filiꝰ lupo alignatu



Est
animal
qd̄ dicit̄
yena. in
sepulc̄ris
mortuoꝝ
habitans.
eorumq;
corpora
uescens;
Cuius na
tura. ē.
ut aliquando masculus sit aliquando femina. ⁊ ideo. ē.
inmundum animal. Cui cum spina riget: continua uni
tate flecti nequid. n̄ toto corporis circumactu; Solinus
multa mira de ea refert; ꝑmum qd̄ sequit̄ stabula pas
torum. ⁊ circuit domos ꝑ noctem. ⁊ assiduo auditu ad
discit uocamen. qd̄ exprimere possit imitacionem uocis
humane. ut in hominem astu accitum nocte seuiat.
Vomitus qq; humanos mentit̄ falsisq; singultibus sic sol
licitatos canes deuorat. Qui forte si uenantes umbrā
eiusdem dum sequitur contigerint: latrare nequeunt
uoce ꝑdita: Eadem yena inquisicione corporum sepul
torum busta eruit. Huic assimilantur filii isrl̄. qui ab in
icio deo uiuo seruierunt postea diuiciis ⁊ luxurie dedi
ti. idola coluerunt ideo ꝓpheta comparauit synagogā

18

inmundo animali. dicens; Facta est m̄ hereditas mea
quasi spelunca yene; Quicumq; ḡ inter nos luxurie.
⁊ auaricie inseruiunt. huic belue comparantur. cum
nec uiri nec femine sint. i. nec fideles n̄ ꝑfidi sunt. s; sunt
sine dubio de quibus ait salomon. Vir duplex animo
inconstans. ē. in omnibus uiis suis; De quibus ait dominus.
Non potestis deo seruire ⁊ mammone; Hec belua lapidē
in oculis tenet nomine yeniam. quem siquis sub lin
gua tenuerit. futura p̄dicere creditur; Verum yena
quodcumq; animal ter lustrauerit moue se n̄ pot̄. Qua
ꝓpt̄ magicam scienciam inēē ei ꝓnunciauerunt. In ethio
pie parte coit cum leena. unde nascit̄ monstrum. cui
crocote nom̄. ē. Voces hominum ipsa parit̄ effectat;
Numqūm commutationem orbium s; inobtutum sine
mutatione contendit. In ore gingiua nulla; Dens unꝰ
atq; ꝑpetuus qui ut numquam retundatur. naturalit̄
capsularum modo clauditur; **DE BONACON.**

Crocote: monstru

caſkotte



In asia
ani
mal nas
cit̄ qd̄
bonna
con di
cunt. cui
taurinū
cap̄. ac
deinceps
corpus
omne
tantum

iuba equina; Cornua autem ita multiplici flexu in se recurrentia, ut si quis in eo offendat non vulneretur. Sed quicquid presidii monstro illi frons negat, alvus sufficit; Nam cum in fugam vertit, pluvie eum ventris fimum egerit per longitudinem trium iugerum, cuius ardor quicquid attigerit adurit; Ita egerie noxia submovet insequentes;

By the space of iij furlonge in lenght.

DE SIMIIS.



Of apys

Simie vocantur latino sermone, eo quod multa in eis similitudo rationis humane sentitur. Hi elementorum sagaces nova luna exultant, media et cava tristantur. Nature simie talis est, ut cum pepererit geminos catulos, unum diligat et alterum contempnat; Quod si aliquando evenerit ut insequatur a venatoribus, ante se amplectitur quem diligit, et portat nolens quem odit; Simia caudam non habet; Cuius figuram diabolus habet, qui caput habet caudam vero non habet; Et licet simia tota turpis sit, posteriora tamen eius satis turpia et horribilia sunt; Diabolus initium habuit cum esset in celis angelus, Sed ypocrita et dolosus fuit intrinsecus, et perdidit caudam.

et altum collo portat quem odit. Sed dum lassa fuerit bipes eundo, proicit volens quem diligit, et portat.

quia totus in fine peribit, sicut ait apostolus ait. Quem dominus Jhesus interficiet spiritu oris sui. Simia grecum nomen est, id est pressis naribus. Unde et simias dicimus, quod sursum pressis naribus sint et facie feda, rugis turpiter follicantibus, licet et capellarum sit pressum habere nasum, Circopetici caudas habent. Hec sola discretio est inter predictas. Cenofali et ipsi sunt e numero simiarum; In ethiopie partibus frequentissimi. Violenti ad saltum, feri morsu; Numquam ita mansueti ut non sint magis rapidi, Inter simias habentur et spinges. villose mammis ac dociles ad feritatis oblivionem;

Simia: grecum est pressis naribus.

Cenofali.

Spinx

De Satiris.



Satiri

Sunt et quos vocant satiros facie admodum grata, gesticulatis motibus inquiete. Callitrices toto pene aspectu a ceteris differunt; In facie barba est; lata cauda. Hos capere non est arduum, sed proferre rarum; Neque vivunt in altero quam in ethiopico hoc est suo celo;

DE CERVIS.

Harte.



Cervi dicti apo tou ceraton, id est a cornibus. Cerata enim grece cornua dicuntur. Hi serpentium inimici: cum se gravatos infirmitate persenserint, spiritu narium eos extrahunt de cavernis, et superata pernicie veneni eorum papulo reparantur; Ditampnum herbam ipsam perdiderunt. eo nam pasti excutiunt acceptas sagittas; Mirantur autem sibilum fistularum. rectis auribus acute audiunt. submissis nichil; Cervi etiam hanc naturam habent. quod pro amore alterius patrie mutant pascua sua. et sese vicarie sustentant: si quando immensa flumina vel maria transiliunt capita clunibus precedentium superponunt. sequentesque invicem succedentes. nullum laborem ponderis sentiunt; Et quando loca inveniunt: ea ne in eis coinquinentur citissime transiliunt; Habent et aliam naturam. quod post comestionem serpentis ad fontem currunt. et ex eo bibentes pilos et omnem suam vetustatem deponunt; Que nature in membris sancte ecclesie congrua et competenti ratione videntur convenire. quia dum patriam istam id est mundum. pro amore celestis patrie mutant. sese vicarie portant. id est perfectiores minus perfectos exemplo et bonis operibus promovent ac sustentant; Et si locum peccandi inveniunt. statim transiliunt. et post incorporacionem diaboli id est post peccata perpetrata: ad Christum qui verus fons est. confessione currunt. et precepta eius haurientes. deposita peccati vetustate renovantur; Mares generis huius cum statutum tempus venerem incitat: seviunt rabie libidinis; Femine licet prius consectantur. non concipiunt ante arcturi sydus; Sed qualiter partus suos educant: sed tenero studio occulunt. et absconditos intra profunda fruticum vel herbarum. pedum verbere castigant ad latendum; Cum maturuit ad fugam robur. per exercitium docent cursum. assuescunt salire per abrupta; Acceptis canum latratibus secundo vento dirigunt. ut odor cum ipsis recedat. Stupent omnia. propterea facilius obvios se prebent sagittantibus; In cornibus quod dextrum fuerit: efficacius est ad medelam; Si fugare angues gestias: utrum vel ures; Ventre

monstrant senectutem. cum aut pauci inveniuntur. aut nulli; Ad dinoscendam vivacitatem. alexander magnus torquibus plurimis cervis innexuit. qui post annum centesimum capti. nec dum senii indicium preferebant; Hinnuli filii sunt cervorum. ab innuere dicti. quod nutu matris absconduntur. Adversus venena mirificum est hinnuli coagulum. occisi matris sue utero. patuit eos numquam febrescere; Quam ob causam confecta ex medullis ipsorum unguina sedant calores hominum languentium; Legimus plurimos matutinis diebus cervinam carnem degustare solitos: sine febribus longevos fuisse quod demum perderit si uno vulnere fuerint interempti;

DE CAPRE



Est animal quod latine dicitur caper. eo quod captet aspera. non nulli a crepitu capream vocant; He sunt agrestes capree quas greci quod acutissime videant. dorcas appellaverunt. Morantur in excelsis montibus. et de longinquo venientes. cognoscunt si venatores sint aut viatores; Sic dominus ihesus christus amat excelsos montes. id est prophetas et apostolos. sicut in canticis canticorum dicitur; Ecce fratruelis meus sic caprea venit. saliens super montes. transiliens colles. et sicut caprea in convalle pascitur; Dominus noster in ecclesia pascitur. bona opera christianorum esce eius sunt. qui dicet esurivi et dedistis mi

L yootts

manducare. sitivi: et dedistis mihi bibere; Convallia montium ecclesie per diversa loca intelliguntur. sicut in canticis canticorum dicitur; Ecce fratruelis meus convertere. et esto similis capree hinnuloque cervorum; Quod acutissimam habet aciem oculorum. et perspicit omnia. et a longe cognoscit. significat dominum nostrum qui dominus scientiarum est. Et alibi; Quoniam excelsus dominus et humilia respicit. et alta a longe cognoscit et omnia creavit et condidit. et regit et videt et perspicit. et antequam in cordibus nostris aliquid oriatur: previdet et cognoscit. Denique sicut et caprea a longe cognoscit venantium adventum. ita christus previdit insidias proditoris sui dicens; Ecce appropinquat qui me tradet;



De caprea.

Caprea habet hoc naturale: quod pascendo de altis ad altiora tendit. bonas herbas a noxiis oculorum acumine eligit; herbas ruminat. vulnerataque ad dictannum currit. quo tacta sanatur; Sic boni predicatores. pascentes in lege domini in bonis operibus quasi in pastu delectantes. de virtute in virtutem conscendunt; Bonas sententias a malis oculis cordis eligunt. et electas ruminant. id est bonum perscrutantur. et ruminatas reddunt memorie. A peccato vulnerati: ad christum confitentes recurrunt. et cito sanantur; Ideoque christus bene dictannus dicitur; Sicut enim dictannus ferrum a vulnere depellit; et vulnus sanat. ita christus per confessionem diabolum eicit. et peccatum ignoscit;

21

A Unicorne

De monocero.



Est monoceros monstrum mugitu horrido. equino corpore elephantis pedibus cauda simillima cervo; Cornu media fronte eius protenditur splendore mirifico. ad magnitudinem pedum quattuor. ita acutum. ut quicquid impetat facile ictu eius perforetur. Vivus non venit in hominum potestatem. et interimi quidem potest. capi non potest;

A. beer.

De urso.



Ursus fertur dictus quod ore suo formet fetus quasi orsus; Nam aiunt eos informes generare partus. et carnem quandam nasci;

Quod mater lambendo in membra componit; Sed hoc inmaturitas facit partus; Denique tricesimo die generat. unde evenit ut precipitata fecunditas informis pariatur; Ursorum caput invalidum. vis maxima in brachiis et lumbis. unde interdum erecti insistunt; Etiam medendi industriam non pretermittunt. siquidem gravi affecti clade et sauciati vulneribus mederi sibi sciunt. herbe cui nomen est flomus. ut greci appellant. ulcera subicientes sua: ut solo curentur a tactu; Ursus eger formicas devorat; Numidici ursi ceteris prestant dumtaxat villis profundioribus; Nam genitura par est. quoquo loco genuerint; Coeunt non eadem quo quadrupedes alie. sed apti amplexibus mutuis velud humanis coniugacionibus copulantur. Desiderium veneris hiemps suscitat. Secreti honore verentur mares gravidas. et in hisdem licet foveis partus tamen per scrobes secubationibus dividuntur. lucine illis properatium tempus est. Quippe uterum tricesimus dies liberat, Unde evenit ut precipitata fecunditas informes creat partus; Carnes paxillulas edunt. quibus color candidus. oculi nulli; Has lambendo sensim figurant et interdum ad pectora tales fovent. ut assiduo incubitu calefacte: animalem trahant spiritum; Interea cibus nullus sane diebus primis .xiiii. mares in somnum ita concidunt ut nec vulneribus excitari queant. enixe terris latent mensibus; Mox egresse in diem liberum tantam patiuntur insolentiam lucis: ut putes obsitas cecitate; Insidiantur alvearibus apium. maxime favos appetunt, Nec avidius aliud quam mella captant, Cum gustaverint mandragore mala: moriuntur. Sed eunt obviam ne malum in perniciem convalescat. et formicas devorant; ad recuperandam sanitatem; Si quando tauros adoriuntur.

sciunt quibus potissimum partibus inmorantur. nec aliud quam cornua aut nares petunt; Nares ut acrior dolor sit in loco teneriore;

DE LEUCROTA.



In india nascitur bestia nomine leucrota; Que velocitate precedit feras universas; Ipsa asini fit magnitudine. cervi clunibus. pectore ac cruribus leonis. capite equi. bisulca ungula. ore adusque aures desciscente. Dentium locus osse perpetuo hec quod ad formam. nam voce loquentium sonos emulatur;



Crocodrillus a croceo colore dictus. gignitur in nilo flumine animal quadrupes. in terra et aqua valens. longitudine plerumque viginti cubitorum. id est. 30 pedum dentium et unguium inmanitate armatus. tantaque cutis duricia. ut quamvis fortium ictus lapidum tergo repercutiat si noceat. Nocte in aquis. die in humo quiescit; Ova in terra fovet. masculus et femina vices servant. Hunc pisces quidam serratam habentes cristam. tenera ventrium desecantes interimunt; Solus autem ex omnibus animalibus superiora movet. inferiora vero immota tenet. Stercus eius fit unguentum. unde vetule et rugose meretrices facies suas pungunt, fiuntque pulcre donec sudor defluens lavet; Cuius figuram portant ypocrite sive luxuriosi atque avari. qui quamvis tuso superbie inflentur. tabo luxurie maculentur. avaricie morbo obsideantur. tamen rigidi ac veluti sanctissimi iustificationibus legis coram hominibus sese ostendunt incedere; Nocte in aquis. die in humo quiescit. quia ypocrite quamvis luxuriose vivant: tamen se recte iuste vivere dici delectantur. Conscii sue malitie corda plangunt. licet usu semper exhalant. consuetudo ad perpetrata. Superiora oris movet: quia hii sanctorum patrum exempla verborumque copiam aliis in ore ostendunt. cum minime eorum que dicunt ipse ostendunt; De stercore eius unguentum fit. quia plerumque mali ab imperitis laudantur. de perpetrato malo ac velud unguento huius mundi favoribus extolluntur; Sed cum iudex districtus pro perpetratis malis iram suam ad feriendum permovet. tunc omnis ille decor laudis velud fumus evanescet;

DE MANTICORA



Indiâ nascitur bestia que manticora dicitur; Triplici dentium ordine coeunte vicibus alternis. facie hominis. glaucis oculis. sanguineo colore. corpore leonino. cauda velud scorpionis aculeo spiculata

voce tanquam sibila. ut imitetur modulos fistularum; Humanas carnes avidissime affectat. pedibus sic viget. saltibus sic potest. ut morari eam nec extentissima spacia possit nec obstacula latissima;

DE PARAND.



Ethiopia mittit bestiam parandrum nomine. boum magnitudine. bifido vestigio. ramosis cornibus. capite cervino. ursi colore. et pari etiam villo profundo. Hunc parandrum affirmant habitum metu vertere et cum delitescat fieri adsimilitudinem cuicumque rei proximaverit. sive illa saxo alba sit. seu frutecto virens sive quem alium modum preferat;

DE VULP.



Vulpis dicitur quasi volupis; Est enim volubilis pedibus et numquam recto itinere. sed tortuosis anfractibus currit; Est et fraudulentum animal ingeniosumque; Cum esurit et non invenit quod manducet: involvit se in rubea terra ut appareat quasi cruentata et proicit se in terram. retinetque flatum suum ita ut penitus non spiret; Aves vero videntes eam non flantem, et quasi cruentatam. lingua que cuius foris erectam: putant esse eam mortuam, et descendunt sessum super eam; Illa autem sic rapit eas et devorat; Istius denique figuram diabolus possidet; Omnibus enim viventibus secundum carnem fingit se esse mortuum: quoadusque inter guttur suum habeat et puniat. Spiritualibus tamen viris in fide vere mortuus est, et ad nichilum redactus; Qui autem volunt exercere opera eius moriuntur dicente apostolo. sciatis hoc quia si secundum carnem vixeritis moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaveritis: vivetis, Et David, Introibunt in inferiora terre tradentur in manus gladii partes vulpium erunt;

Eale.

DE EALE



Est bestia que dicitur eale. magnitudine ut equus cauda elephanti. nigro colore. maxillis apri. cornua preferens ultramodum longa. ad obsequium cuius velit motus accomodata. Neque enim rigent. sed moventur ut usus exigit preliandi. Quorum alterum cum pugnat protendit alterum replicat. ut si ictu aliquo alterius acumen offenderit: acies succedat alterius;



Lupus greca dirivatione in linguam nostram transfertur; lupos enim greci licos dicunt. licos. Licos autem grece a morsibus appellantur. quod rabie rapacitatis quecumque invenerint. trucidant; Alii lupos vocatos aiunt quasi leopos. quod quasi leonibus ita sunt illis vires in pedibus; unde et quicquid presserint non vivit; lupus a rapacitate dicitur. unde et meretrices lupas vocamus. quia amatorum bona devastant, Rapax autem bestia. et cruoris appetens, In pectore vel ore vires habet. in renibus vero minime; Collum numquam retro valet flectere. aliquando fertur vivere preda: aliquando terra. nonnumquam vento; lupa denique mense alio non in mayo quando fit tonitruus catulos non gignit; Cuius astucia est tanta ut in vicinia sua predam non capiat catulis suis. sed in longinquo, Quod si opus fuerit ut predam noctu querat. tamquam canis mansuetus passim ad ovile pergit. et ne fortuitu sui flatus odorem senciant canes. et evigilent pastores. contra ventum vadit; Et si ramus aut aliquid tangendo sub eius pede sonaverit: ipsum pedem castigat morsu apto. Oculi eius in nocte lucent velud lucerne. Cuius natura talis est. ut si prior hominem viderit: vocem eripit et despiciens eum tamquam victor vocis ablate, Idem si se previsum senserit: deponit ferocitatem et non potest currere; Solinus refert quia plura de natura rerum dicit. caude animalis huius vellus amatorium inesse perexiguum. quod dentibus ipse evellit: si forte capi timuerit: non habet potenciam nisi illo vivente detrahatur, lupi figuram diabolus portat. qui semper humano generi invidet ac iugiter circuit caulas ecclesie fidelium, ut mactet et perdat eorum animas, Quod vero generat tonitruo primo mensis may: significat diabolum. in primo superbie motu cecidisse de celo; Quod autem in anterioribus membris vires habet. et non in posterioribus eundem diabolum significat. prius in celo angelum lucis fuisse nunc vero deorsum apostatam factum esse. Oculi eius in nocte lucent velud lucerne quia quedam diaboli opera cecis et fatuis viris videntur esse pulcra et salubria;

nota pacta in scriptis

Solinus

moralisatio

lum catulos gignit non nisi in longinquo predam capit. Quos diabolus bonis temporalibus fovet, de quibus certus est in gehennalibus claustris secum penas perpeti. Illos autem omnino insequitur qui bonis operibus ab eo elongavit. Sicut de beato Iob legitur, cui omnem substantiam nec non filios et filias abstulit ut a domino recederet cor eius. Quod numquam collum retro sine toto corpore valet flectere, significat diabolum ad penitudinis correptionem numquam flecti. Quid ergo agendum est homini cui lupus abstulit vires clamandi? Qui nisi habet potestatem vociferandi, perdit auxilium longe stantis. Sed quid agendum sit? Deponat homo vestimenta sua pedibus suis conculcandum, sumens in manibus duos lapides quos feriat alterutrum. Quid inde? Lupus audaciam sue virtutis perdens fugiet. Homo vero tutus suo ingenio liber erit sicut in principio. Spiritualiter autem hoc intelligendum est atque ad superiorem sensum allegorice est dicendum. Quid enim per lupum nisi diabolum? Quid per hominem nisi peccatorem? Quid per lapides nisi apostolos seu ceteros sanctos vel dominum nostrum significare poterimus? Omnes enim per prophetam adamantini lapides dicti sunt. Ipse enim dominus noster Iesus Christus in lege vocatus lapis offensionis et petra scandali. De quo dicit propheta: Vidi virum stantem super montem adamantinum. Antequam denique redempti essemus, sub potestate inimici eramus, vocemque clamandi perdideramus, quoniam peccatis nostris exigentibus a deo non audiebamur, neque aliquem sanctorum in auxilium nobis interpellabamus. Postquam vero clemens deus gratificavit nos in filio suo, deposuimus in baptismo veterem hominem cum actibus suis, ac induimus novum, qui secundum deum creatus est. Deinde sumpsimus lapides in manibus de quibus alterutrum ferimus, hoc est sanctos dei qui iam

vincentes regnant cum ipso. Nostri oris ferimus alloquio; Ut et ipsi aures pulsent iudicis, ac veniam nobis impetret; timemus ne nos quem nescimus sorbeat cerberus gaudens nostro interitu. Lupi toto anno non amplius quam dies xii. coeunt. Famem diu portant, et post longa ieiunia multum devorant. Lupos Ethiopia mittit, cervice iubatos, et tanto varios ut nullum eis colorem dicunt abesse. Ethiopici lupi proprium est quod in saliendo ita nisus habent alitis, ut non magis proficiant cursu quam meatu. Homines tamen numquam impetunt. Bruma comati sunt, estate nudi. Ethiopes eos vocant theas.

dies. 12 tm coeundi illis

Thea

De natura canum.



Canis nomen latinum grecam ethimologiam habere videtur; Greco enim cenos dicitur, licet quidam a canore latratus appellatum existiment, eo quod insonat, unde et canere dicitur. Nichil sagacius canibus, plus enim sensus ceteris animalibus habent. Nam soli sua nomina cognoscunt. Dominos suos diligunt. Canum sunt plurima genera. Alii ad capiendum investigant feras silvarum. Alii ab infestationibus luporum vigilando greges custodiunt ovium. Alii custodes domorum substantiam dominorum suorum custodiunt, ne forte rapiatur in nocte a latronibus, et pro dominis suis se morti obiciunt. Voluntarie ad predam cum domino currunt. Corpus domini sui etiam mortuum custodiunt, et non linquunt. Quorum post tremo nature est. extra hominem esse non posse;



Item.

Legitur itaque tantum suos diligere dominos. ut garamantem regem ab inimicis captivatum et in custodia mancipatum. ducenti canes agmine facto per medias acies inimicorum ab exilio reduxerunt. preliantes adversus resistentes. Iasone licio interfecto canis ipsius aspernatus cibum inedia obiit. Lisimachi regis canis flamme se iniecit. accenso rogo domini sui. et pariter igni absumptus est. A P. Iunio P. Titio consulibus. dampnatum dominum canis cum abigi non posset; comitatus in carcerem. mox percussum ululatu prosecutus est. Cumque ex miseratione populi romani potestas ei fieret cibi. ad os defuncti escam tulit; Ultimo inde deiectum in tyberim cadaver adnatans sustentare conatus; Canum vero vestigium leporis cervique reperit. atque ad diverticulum semite venit. et quoddam variarum compitum. quod partes in plurimas scindit. obiciens singularum semitarum exordia tacitus secum ipse pertractat. velud sillogisticam vocem sagacitate colligendi odoris emittit. Aut in hanc partem inquid deflexit aut in illam. aut certe in hunc se anfractum contulit. Sed nec in istam nec in illam ingressus est. Superest igitur ut in istam se partem contulerit. et sic falsitate repudiata. invenit veritatem;





ITERUM DE EODEM CANE



Sepe etiam necis illate euidentia canes ad redarguendos reos indicia prodiderunt, ut muto eorum testimonio plerumque sit creditum; Antiochie ferunt in remotiore parte urbis quendam crepusculo necatum uirum, qui canem sibi adiunctum haberet; Miles quidam predandi studio minister extiterat cedis; Tectus idem tenebroso diei adhuc exordio. in alias partes secesserat; Iacebat inhumatum cadauer. frequens erat spectantium uulgus. astabat canis. questu lacrimabili domini deflebat erumpnam; Forte is qui necem intulerat. ut se habet uersutia humani ingenii quo uersandi in medio auctoritate presumpta fidem ascisceret innocentie. ad illam circumspectantis populi accessit coronam, et uelud miserans. appropinquauit ad funus. Tunc canis sequestrato paulisper questu doloris: arma ultionis assumpsit. atque;

apphensum tenuit. et uelud epilogo quodam miserabi
le carm̄ inmurmurans: uniusos conuitit in lacrimas. fideq;
ꝓbacioni detulit. qđ solum tenuit ex plurimis nec di
misit, Verumq; ꝓbat ille quod tam manifestum rei in
dicium. neq; odiũ neq; inimiciciarum neq; inuidie aut
iniurie alicuius potat obiectioē uacuare. cumq; dum
nequid refellere; Itaq; qđ erat difficilius ultionem per
pessus. ē. qr defensionem ꝟ ꝓstare ñ potuit; lingua ca
nis dum lingit uulnus: sanat illud; Victus eius ad
modum modicus esse fertur; Catuli denique ling̃ uulne
ratorum solet esse saluti intestinorum; Nata ei. ē. ut ad
uomitum suum reuitat iterumq; comedat; Cumq; fluuiũ
transnatauerit carnem uel aliquid tale in ore tenens: cũ
uiderit umbram: os suum apit. atq; dum ꝑperat aliã
carnem sumere: ipsam quam tenet amittit. Cuius figuram
in quibusdam rebus ꝓdicatores hñt. qui semper admonendo
ac exercendo que recta sunt insidias diaboli ꝓpellunt.
ne thesaurum di. i. animas xpianorum rapiendo ipse au
ferat; Ling̃ canis dum lingit uulnus curat; Quia peccator
uulnera cum in confessione nudantur: sacerdotum cor
reccione mundantur; Intestina quoq; hominis curat ling̃
canis. qr secreta cordis sepe mundantur ope et sermone doc
toris; Modicus ad modum uictus canis dr̃. ēē. quia q. p. ē.
alius: sapientie studiis inuigilat. crapulamq; omnimo
dis uitare debet. nam in saturitate panis sodoma periit.
Nullo denum aditu tam cito possidet inimicus homi
nem quam uorati gula. Quod canis ad uomitum redeat:
significat quosdam post peractam confessionem incaute ad
perpetrata facinora redire. Quod carnem in flumine ꝓpter
concupitam umbram relinquit. significat stultos hoĩes

ꝓpter ambicionem ignote rei. id sepe quod ipi iuris ē. relinquere.
Vñ fit: ut dum ñ ualent adipisci id quod cupiunt. ꝑdere frustra
norunt id qđ reliquerunt; Licisci dicuntur canes. quod ex
lupis et canibus nascuntur: cum inter se forte miscentur; Solent
et uicto femine canes noctu in siluis alligate admitti ad
tigres bestias a quibus insiliri et nasci ex eodem fetu canes
acerrimi adeo fortes ut complexu leones ꝓsternant; Quoci
enscumq; peccator uult factorem suum placare necessarium
est ei et utile. ut tres spũales conductores querant; Qui
tres spũales legatos cum tribus donis spũalibus ad reconciliacio
nem sui coram factore conducant; Qui conductores et legati
cũ suis donis spũalibus ita disponuntur; Primus legatus. ē. cordis
ploratus. secundus uera confessio. tercius uera penitencia, Conducto
res eorum sunt; Amor dei. Bona uoluntas. rectum opus;
Bona spũalia sunt mundicia corporis et anime. oratio pu
ra. boni operis ꝑseuerantia. qui legati et conductores cum
spũalibus donis sic coram trinitate ꝓcedunt. Coram deo patre ꝓce
dit ploratus cum amore dei defferens mundiciam cor
poris et anime, Coram filio uera confessio cum uolunta
te bona puram oronem deferens; Coram spũ sc̃o peni
tencia uera cum recto opere ꝑseuerantiam boni operis por
tans. Sicut corpori debilitato necessarie sunt pociones
ad sanandas illius infirmitates: ita anime peccatrici;
necessaria. ē. pocio. ꝑ quam sanetur spũalis eius corruptio; Fit
autem pocio anime ex. iiii. speciebus. i. cordis ploratu. uera
confessione. penitencia uera. operatione recta, Que ita com
petens. ē. ad sanandas illius infirmitates. qđ dum ab ea
anima iungitur: statim a suis infirmitatibus sanatur;
Si sanata si sine honesto indumento relinqueretur: quomodo in ce
lesti curia ut debet ꝑsentari coram factore suo ꝑsentaretur?
Oportet ergo ut homo qui ad regendum et induendum eam sus
cepit ita honeste et competenter induat ut laudabiliter coram anglis

eam in celo presentare valeat. Primum indumentum unde anima vestiri debet: est mundicia. Nulla enim in celesti curia presentatur: qui vel hic vel in futuro non mundetur. alia vero indumenta sunt. pietas. misericordia: ceteraeque virtutes quibus debet vestiri; Vestita autem talibus indumentis cum tribus conductis. id est cogitatione pura. verbo bono. opere perfecto. in celesti gloria honeste potest presentari ubi remunerabitur illa beatitudine. quam optinent angeli ad quam optinendam hominem deus creavit. et tres consiliatores ei attribuit scilicet spiritualem intellectum. potestatem bene agendi. et sapientiam quibus si acquiesceret. regnum celeste non amitteret. sed quia illis non adquievit hereditatem suam amisit;

DE OVE.



Ovis molle pecus lanis corpore inerme. animo placidum. ab oblatione dictum eo quod apud veteres initio non tauri. sed oves in sacrificio mactarentur; Ex his quasdam bidentes vocant. easque inter octo dentes duos altiores habent. quos maxime gentiles in sacrificium offerrebant; Ovis sub adventu hyemis inexplebilis ad escam. insaciabiliter herbam rapit. eo quod presentiat asperitatem hyemis ad futuram. ut se prius herbe pabulo sarciat. quam gelu adurente omnis herba deficiat;

DE VERVECE



Vervex vel a viribus dictus quod ceteris ovibus sit fortior vel quod sit vir. id est masculus. vel quod vermes in capite habeat. quorum excitati pruritu. invicem se concuciunt. et pugnantes cum magno impetu feriunt. Aries vel apo tou areos. id est amarte vocatus. Unde apud nos in gregibus masculi mares dicuntur. sive quia hoc pecus a gentilibus primum aris est immolatum. ut aries quod imponeretur aris; Unde est illud aries mactatur ad aram;

DE AGNO



Agnus dicitur quasi pius. latine autem ideo hoc nomen habere putant. eo quod pre ceteris animantibus is matrem agnoscat. adeo ut etiam si in magno grege erret: statim balatu recognoscat vocem parentis. festinatque ad matrem, lactis quoque materni notos sibi fontes requirit; Mater vero inter multa agniculorum milia solum filium novit; Unus est plurimorum balatus eadem species. sed illa tamen fetum suum discernit a ceteris et solum filium tanto pietatis testimonio recognoscit;

DE HYRCO.



Hircus lascivum animal et petulcum et fervens semper ad coitum. cuius oculi ob libidinem in transversum aspiciunt; Unde et nomen traxit; Nam hirci sunt oculorum anguli secundum Suetonium; Cuius natura adeo calidissima est. ut adamantem lapidem quem nec ignis nec ferri valet domare materia solus huius cruor dissolvat. Hedi ab edendo vocati parvuli enim pinguissimi sunt. et saporis iocundi; Unde et ede inde et edulium vocatur;



De apro.

Aper a feritate ablata .f. littera. et subrogata .p. unde apud grecos suagros idest ferus dicitur; Omne enim quod ferum est et inmite. abusive agreste vocamus;

De iuvenco.

Iuvencus dictus quod iuvare incipiat hominum usus in terra colenda. vel quia apud gentiles iovi semper ubique iuvencus immolabatur. et numquam taurus; Nam in victimis etiam etas considerabatur; Taurus grecum nomen est. sicut et bos; Indicis tauris color fulvus est. volucris pernicitas; pilus in contrarium versus hyatus omne quod capit. Hi quoque circumferunt cornua flexibilitate qua volunt. tergi duricia omne telum respuunt tam inmiti feritate ut capti animalis furore periciant;



De bove.



Bovem greci boen dicunt; hunc latini trionem vocant. eo quod terram terat quasi terionem. boum in sociis eximia pietas. nam alter alterum inquirit. cum quo duce collo aratrum consuevit et frequenti mugitu pium testatur affectum. si forte defecerit; Boves inpendente pluvia ad presepia se tenere noverunt; Idem vero naturali sensu collegerint mutacionem celi. foras spectant. et ultro presepia cervices extendunt suas. una omnes spetie ut prodire se velle testentur; Uri agrestes boves sunt in germania. habentes cornua inmensa. in tantum ut regiis mensis insigni capacitate ex eis gerula potuum fiant; Sunt etiam in india boves unicornes. solidis ungulis non bifissis; atrocissimi; Bubali vocationem inde trahunt. quod sint similes boum. adeo indomiti ut pro feritate iugum non recipiant; Vacca dicta quasi boacca. est enim ex qualitate mobilium nominum. sicut leo lena. draco dracena; Vitulus et vitula a viriditate vocati sunt. id est etate viridi sicut virgo. vitula enim parvula est et non dum enixa nam enixa iuvenca est .i. vacca;



De camelo.

Cameli causa nominis dedit. sive quod quando onerantur et breviores et humiliores fiant accu bant. Quod grece cam humile et breve dicitur. Sive quia curvus est dorso. Camur greco verbo curvum significat; Hos licet et alie regiones mittunt. sed arabia plurimos. Bactri camelos fortissimos mittunt. licet et arabia plurimos gignat; Verum hii differunt quod arabici bina tubera in dorso habent. singula bactriani. Hi numquam pedes atterunt; Sunt enim illis teneris quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta. unde et contraria est labes ambulantibus nullo favente presidio adinsistendi nisum; Habentur in duplex ministerium; sunt alii oneri ferendo accomodati. Alii pernitiores. sed illi non ultra iustum pondera recipiunt; Nec isti amplius quam solita spacia volunt. Et rei gestu cupidine effrenantur adeo ut seviant cum venerem requirunt; Oderunt equinum genus; Sitim etiam triduum tollerant, verum cum occasio bibendi data est tantum implentur. quantum et saciet desideria preterita et in futura diu prosit; Luculentas aquas captant puras refugiunt. Denique nisi cenosior liquor fuerit. ipsi assidua percussione limum excitant ut turbidetur; Durant in annos centum; Si forte translati in peregrina. insolencia mutati aeris morbos trahant ad bella femine preparantur. inventum quoque est. ut desiderium eis coicionis excitaretur. Putant enim fieri validiores si coitibus arceantur,



Dromedarius genus est camelorum, minoris quidem stature. sed velocioris. unde et nomen habet. Nam dromos grece cursus et velocitas apellatur; Centum enim et amplius milia una die pergere solet. Quod animal sicut ovis et bos et camelus ruminat. Ruminacio autem dicitur a ruma eminente gutturis parte. per quam dimissus cibus a ceteris animalibus revocatur;

DE ASINO.



Asinus et asellus a sedendo dictus quasi asedulus. sed hoc nomen quod magis equis conveniebat. ideo hoc animal sumpsit quia priusquam equos caperent homines: huic presidere ceperunt. Animal quippe tardum et nulla racione renitens. statim ut voluit sibi homo substravit; Asinos arcadicos dictos. eo quod ab arcadia primum vecti sunt. magni et alti. Minor asellus: onagro plus necessarius est. quia et laborem tollerat: et negligentiam permodum non recusat.

DE ONAGRO



Onager interpretatur asinus ferus. Onos quippe greci asinum vocant agrian ferum; Hos affrica habet. magnos et indomitos et in deserto vagantes. Singuli autem feminarum gregibus presunt; Nascentibus parvulis zelant. et testiculos eorum morsu detruncant. Quod cauentes matres eos in secretis locis occultant; Phisiologus dicit de onagro quod uicesimo quinto die mensis martii duodecies in nocte rugit. Et similiter in die. Et ex hoc cognoscitur quia equinoctium. Et numerum horarum diei et noctis a rugitibus onagri per singulas cognoscunt horas. Figuram hic diabolus habet. Quia sciens noctem et diem coequari, id est populum qui ambulabat in tenebris conuerti ad deum et coequari fidei iustorum. Sic coequatur nox cum die. Iccirco rugit nocte ac die per singulas horas querens escam suam. Non enim rugit onager nisi pabulum desiderans: sicut dicit Iob; Numquid clamabit onager nisi pabulum desiderans? Unde et apostolus. Aduersarius noster diabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem deuoret

D E E Q.



Equi dicti eo quod quando quadrigis iungebantur: equabantur, paresque forma et similes cursu copulabantur. Caballus autem a cauo pede dictus. Propter quod gradiens ungula pressa terram concauat. quod reliqua animalia non habent. Inde et sonipes quod pedibus sonat; Viuacitas equorum multa. exultant enim in campis odorantur bellum. excitantur sono tube ad prelium, uoce accensi ad cursum prouocantur. Dolent cum uicti fuerint. exultant cum uicerint. Quidam hostes in bello sentiunt. adeo ut aduersarios morsu petant; Aliqui etiam proprios dominos recognoscunt. obliti mansuetudinis si mutentur; Aliqui preter dominum dorso nullum recipiunt. unde exemplum dabimus; Alexandri magni equus bucefala dictus. siue de aspectus toruitate. seu seu ab insigni quod taurinum caput armo inustum habebat. seu quod e fronte eius quedam corniculorum mine protuberabant. cum ab equario suo alias etiam molliter sederetur accepto regio stratu neminem umquam preter dominum uehere dignatus est. Documenta eius in plus plura sunt. quibus alexandrum crudelissimis certaminibus sospitem ope sua extulit. Equus gaii cesaris nullum preter cesarem dorso recepit, Regem scitarum singulari certamine interemptum. cum aduersarius uictor spoliare uellet: ab equo eius calcibus morsuque est laceratus; Nicomede rege interfecto equus eius inedia uitam expulit; Cum prelio antiocus galathas subegisset: centareti nomine ducis qui in acie ceciderat equum insiliuit pugnaturus. Isque adeo spreuit lupatos ut de industria enuatus ruina pariter et se et equitem affligeret; In huiuscemodi animalis genere etas longior maribus. legimus sane equum ad annos .lxx. uixisse. Noratum etiam auctorem opuntem nomine equum adggariam ueneream durasse ad annos quadraginta; Equarum libido extinguitur iubis tonsis. in quorum partu amoris nascitur ueneficium. quod in frontibus profertur edita fuluo colore caricis simile. hipponenses nominant. Quod si preraptum statim fuerit nequaquam mater pullo ubera prebet fellitando. Quo equis amor fuerit speciesque maioris. eo profundius nares mersitat in bibendo, Interfectis uel morientibus dominis equi lacrimas fundunt. Solum enim equum dicunt propter hominem lacrimare et doloris

equi durant .lxx.

xl.

no.

affectum sentire. Unde et in centauris equorum et hominum natura permixta est. Solent etiam ex equorum vel mesticia vel alacritate eventum futurum dimicaturi colligere. Frequens opinio est in generosis equis, ut aiunt veteres, ·iiii· expectantur: forma, pulcritudo, meritum atque color. Forma ut sit validum corpus et solidum, robori conveniens altitudo, latus longum, substrictum, maximi et rotundi clunes, pectus late patens, corpus omne musculorum densitate nodosum, pes siccus et cornu concavo solidatus. Pulcritudo ut sit exiguum caput et siccum, pelle prope ossibus adherente; aures breves et argute, oculi magni, nares patule et erecta cervix, coma densa et cauda, ungularum soliditatis fixa rotunditas. Meritum ut sit animo audax, pedibus alacer, trementibus membris, quod est fortitudinis indicium, quique ex summa quiete facile concitatur, et excitata festinacione non difficile teneatur. Motus autem equi in auribus intelligitur, virtus in membris trementibus. Color hic precipue expectandus: badius, aureus, roseus, murteus, cervinus, gilvus, glaucus, scutulatus, canus, candidus, albus, guttatus, niger. Sequenti autem ordine varius ex nigro badioque distinctus. Reliquus varius color vel cinereus deterrimus. Badium autem antiqui validum dicebant, quod inter cetera animalia fortium vadat. Ipse est et spadix, quem feniceatum vocant; et dictus a colore palme quam Siri spadicem vocant. Glaucus vero est velut pictos habens oculos et quodam splendore perfusos. Gilvus autem melinus color est subalbidus. Guttatus albus nigris intervenientibus punctis. Candidus autem et albus invicem se differunt. Nam albus cum quodam pallore est. Candidus vero est niveus et pura luce perfusus. Canus dictus quod ex candido colore et nigro est. Scutulatus

quattuor expectantur in equo

Forma.

Pulcritudo.

Merito.

Color.

---

vocatus propter orbes quos habet candidos inter purpuras. Varius quod vias habet imparium colorum. Qui autem albos tantum pedes habent, petili appellantur; qui frontem albam, calidi. Cervinus est quem vulgo gaurantem dicunt. Mosinus autem dictus quod sit color eius de asino idem et cinereus. Sunt autem hii agresti de genere orti quos equiferos dicimus et proinde ad urbanam dignitatem transire non possunt. Mauron niger est; nigrum enim greci mauron vocant. Mannus vero equus brevior est, quem vulgo brunium vocant. Veredos antiqui dixerunt quod veherent redas, id est ducerent, vel quod vias publicas currant, per quas et redas ire solitum erat. Equorum tria genera sunt. Unum generosum prelio et oneribus aptum. Alterum vulgare atque gregarium ad vehendum, non ad equitandum aptum. Tercium ex permixtione diversi generis ortum, quod etiam dicitur bigenerum, quod ex diversis nascitur ut mulus. Mulus a greco tractum vocabulum habet. Greco enim hunc vocatur, vel quod iugo pistorum subactus, tardas molendo ducat in girum molas. Iudei asserunt quod Ana abnepos Esau equarum greges ab asinis in deserto ipse primus fecerit ascendi, ut mulorum inde nova contra naturam animalia nascerentur. Onagros quoque ad hoc admissos esse ad asinas, et ipsum istiusmodi repperisse concubitum, ut ex his velocissimi asini nascerentur. Industria quippe humana diversum animal in coitu coegit. Sicque adulterina commixtione genus aliud repperit. Sic et Iacob contra naturam colorum similitudines procuravit. Nam tales fetus oves illius concipiebant, quales umbras arietum desuper ascendentium in aquarum speculo contemplabantur. Denique et hoc ipsum in equorum gregibus fieri fertur, ut generosos obiciant equos visibus concipientium, quo eorum similes concipere et creare possint. Nam et columbarum dilectores depictas ponunt pulcherrimas columbas inde

·3· genera equorum.

locas quibus ille versantur, quo rapiente visu similes generent.
Inde est quod quidam generosas mulieres iubent nullos intue-
ri turpissimos animalium vultus. ut cenophalos et simias.
ne visibus occurrentes similes fetus pariant; Hanc enim femi-
narum esse naturam. ut quales perspexerint. sive mente conceperint
in extremo voluptatis estu dum concipiunt talem et sobolem
procreent. Etenim animalia in usu venerio formas extrinsecus
transmittunt intus. earumque satiata typis. rapit species earum
in propriam qualitatem; In animantibus bigenera dicuntur que ex diver-
sis nascuntur. ut mulus. ex equa et asino. burdo ex equo et asina.
ybride ex apris et porcis. tytiri ex ove et yrco. musino ex capra et arie-
te. est autem dux gregis; De musione.



Musio appellatus
quod muribus infestus sit.
Hunc vulgus catum
a captura vocant. Alii
dicunt quod captat
id est videt; Nam tanto
acute cernit: ut ful-
gore luminis noctis
tenebras superet; Un-
de a greco venit catus id est ingeniosus; De muribus.



Mus pusillum animal grecum no-
men est. quicquid vero ex eo trahitur lati-
num fit; Alii dicunt mures quod ex humore
terre nascantur; Nam humus terra. inde mus. Huius
in plenilunio iecur crescit.
sicut quedam maritima augentur. que rur-
sus minuente luna deficiunt;



De mustela

Mustela quasi mus longum. nam theon greci longum
dicunt. Hec ingenio subdola in domo ubi habitat cum
catulos genuerit. de loco ad locum transfert mutataque sede
locat. serpentes etiam ac mures persequitur; Duo autem earum
genera sunt. Altera enim silvestre distans magnitudine, has
greci ictidas vocant. altera in domibus oberrans; Quidam di-
cunt eas aure concipere. et ore generare. et econtrario. quidam dicunt
eas ore concipere. et aure generare. dicuntur etiam perite medi-
cine. ita ut si forte occisi fuerint earum fetus. si invenire po-
tuerint: redivivos faciant. Significant autem aliquantos
qui libenter quod audiunt divini verbi semen. sed amore terrenarum re-
rum detenti pretermittunt et dissimulant quod audierunt. De talpa.



Talpa dicta quod sit dampnata cecitate
perpetua tenebris; Est enim absque oculis.
semper terram fodit. et humum egerit. et
radices subter frugibus comedit quod
greci aphala vocant; De ericius.



Ericius animal
est spinis coopertum,
quod exinde dictum nomi-
natum. eo quod sub-
rigit se quando spinis suis
clauditur. quibus un-
dique protectus est contra
insidias; Nam sta-
tim ut aliquid presens-
erit: primum se sub-
rigit atque in globum
conversus in sua se ar-
ma recolligit. Hu-

prudentia quedam. ē. nam dum absciderit uuam de ui-
te: sese uolutat supinus super eam ⁊ sic exibet natis suis.
Dē ⁊ ethinus; Idemq; ethinus futuri prudus geminas ē res-
pirandi uias munit ut qn̄do boream flaturum collige-
rit: septentrionalem obstruat. qn̄ nothum cognouerit de-
tegere aeris nebulam ad .vii. trionalem se conferat. ut flatus
declinet obuios. ⁊ e regione nociuros;

De formicis.



Formica tres
natas hēt. pma
nata. ē. ut ordi-
nate ambulent. ⁊ unaqueq; earum g̃num baiulet in ore
suo; Et he q̄ uacue sunt. non dicunt date nobis de g̃nis
uris. s; uadunt per uestigia priorū usq; ad locum ubi frumentū
inueniunt ⁊ afferunt frumentum in cubile suum. Hec ad
prudentium significationem dicta sufficiant. qr sic for-
mice congregant unde remunerentur in futuro; Secunda nata
ē. qn̄ recondit g̃na in cubile suum diuidit ea in duo. ne
forte pluuia infundant in hieme. ⁊ germinent grana ⁊
fame pereat. sic ⁊ tu homo uba ueteris ⁊ noui testamenti
diuide. i. discerne int̃ spūalia ⁊ carnalia. ne littera te oc-
cidat. qm̄ lex spūal. ē. sic aptls ait; Littera enim occidit:
spc̄ autem uiuificat; Iudei namq; solam litteram attenden-
tes. ⁊ spūalem intellectum contempnentes. fame necati sunt.
Tertia natura. ē. Tempore messis ambulat inter segetes. ⁊ ore
intelligit. an ordei sit spica an tritici; Si fuerit ordei: tran-
sit ad aliud spicum ⁊ odorat: ⁊ si senserit qr tritici ē. ascendit
in summitatem spici. ⁊ tollens inde g̃num portat in habitacu-
lum suum; Ordeum enim brutorū animaliū cibꝫ. ē. Vn̄
dic̄ iob; p tritico pcessit m̄ ordeum. i. doctrine hereticorum; Or-
deacee enim sunt ⁊ penitus abiciende: q̄ dirumpunt ⁊ int̃-

ficiunt animas hominum; fuge ergo xpiane omnes here-
ticos. quorum dogmata falsa ⁊ inimica sunt ueritati. Dicit
enim scriptura; Confer te ad formicam o piger. emulare
uias eius. ⁊ esto illa sapientior; Illa enim culturam nullā
possidet neq; eam qui se cogat hēt. neq; sub domino agens
quemadmodum pparat escam; Que de tuis laboribꝫ sibi
messem recondit; Et cum tu plerumq; egeas. illa non indi-
get; Nulla sunt ei clausa horrea. nulle inpenetrabiles
custodie. nulli inuiolabiles aceruj; Spectat custos furta.
q̄ phibere non audeat. aspicit sua dampna possessor non uindi-
cat; Nigro conuectatur agmine preda per campos. feruent se-
mite comitatu. uiantium ⁊ que comprehendi angustio-
re non possunt: humeris frumenta traduntur; Spectat
hec dominus messis ⁊ erubescit tam parca pie industrie
negare compendia. Nouit etiam formica explorare
serenitatis tempora; Nam cum aduerterit madidatos im-
bre fructus suos humescere explorato diligentius aere. qui
iugem possit seruare temperiem. aceruos reserat suos. ⁊ de cauer-
nis foras suis humeris exportat. iugi sole pa frumenta siccentur
Denique haut umquam illis diebꝫ omnibꝫ rumpi de nubibꝫ
imbres uidebis. nisi cum fruges suas horreis propriis formica re-
uocauerit;

hic incipit de auibꝫ.

Vnum autem nomen auium s; genus diuisum. Nam
sicut speciebus differunt. ita ⁊ nature diuersitate. Nam alie sim-
plices sunt ut columbe. alie astute ut perdix. alie ad manum se
subiciunt. ut accipitres. alie reformidant ut garamantes;
Alie hominum conuersatione delectantur ut hirundo alie in
desertis secretam uitā diligunt ut turtur. Alie solo semine repto
pascuntur ut anser. alie carnes edunt ⁊ rapinis intendunt
ut miluus, Alie congregate. i. gregatim uolantes. ut sturni.

⁊ coturnices. alie soliuage .i. solitarie propter insidias depre
dandi ut aquila ⁊ accipiter. ⁊ quecumque ita sunt. Alie uo
cibus strepunt ut hirundo. alie cantus edunt dulcissimos ut
cignus ⁊ merula. Alie uerba ⁊ uoces hominum imitantur. ut
psitacus ⁊ pica; Sed alia sunt genere ita ⁊ moribus innumerabilia.
Nam ⁊ uolucrum quot genera sint. inuenire quisque non potest.
Neque enim omnes scithie ⁊ indie aut ethiopie deserta quis
penetrare potuit. ut earum genus uel differencias nosset. Aues
dicte eo quod uias rectas non habent. sed per auia queque discurrunt. Alites que alis
alta petunt. ⁊ ad sublimia remigio alarum conscendant. Volucres a uolando.
Nam unde uolare: inde ⁊ ambulare dicimus. Vola autem dicitur media pars pedis siue
manus. ⁊ in auibus media pars alarum quarum motu penne
agitantur. inde uolucres; Pulli dicuntur auium omnium nati. Sed ⁊ anima
lium quadrupedum nati pulli dicuntur; Et homo paruus pullus.
Recentes ergo nati pulli. eo quod polluti sunt. unde ⁊ uestis nigra ⁊ pul
la dicta. Ale sunt in quibus penne per ordinem fixe uolandi exhibent
usum; Vocate autem ale quod his aues complexu alant ⁊ foueant
pullos. Penna a pendendo .i. a uolando dicta. unde ⁊ pendere. Vo
lucres enim pennarum auxilio mouentur quando se aeri mandant.
Pluma quasi piluma; Nam sicut pili in quadrupedum corpore.
ita pluma in auibus. Auium nomina multa a sono uocis constat
esse composita. ut grus. coruus. cignus. bubo. miluus. ulula. cu
culus. garrulus. graculus ⁊ cetera. Varietas enim uocis earum.
docuit quid homines uocarentur;

De pennis deargentatis columbe.

Columbam cuius penne sunt deargentate ⁊ posteriora
dorsi eius in pallore auri pingere ⁊ per picturam simplicium mentes
edificare decreui. ut quod simplicium animus intelligibili oculo
capere uix poterat. saltem carnali discernat. & quod uix poterat auditu
percipiat uisus. Nec tantum uolui columbam formando pingere.
sed etiam dictando describere. ut per scripturam demonstrarem picturam. Et cum pla
cuerit simplicitas picture: placeat saltem moralitas scripture.

Tibi igitur cum date sunt penne columbe. quia elongasti fugiens. ut in solitu
dine maneres ⁊ requiesceres. qui non queris dilationem in uoce coruina. cras.
cras. sed continuationem in gemitu columbino. Et in quo non tantum ad plenus columbam.
sed etiam accipitrem pingam. Ecce in eadem pertica. sedent accipiter ⁊ co
lumba. Ego enim de clero tu de milicia. ad conuersionem uenimus. ut in regulari
uita. quasi in pertica sedeamus. ⁊ qui rapere consueueras domesticas aues:
nunc bone operationis manu siluestres ad conuersionem trahas: .i. seculares.
Gemat ergo columba gemat: ⁊ accipiter uocem doloris emittat. Vox
enim columbe gemitus: uox accipitris questus; In principio huius operis iccirco co
lumbam proposui: quia sancti spiritus gratia semper preparatur cuilibet penitenti. et nisi
per gratiam peruenitur ad ueniam. De accipitre uero post columbam subiun
go: per quem nobilium persone designantur. Cum enim aliquis nobili
u conuertitur: per exemplum bone operationis pauperibus presentatur;

De columba ⁊ accipitre.

De auibus



Cum scribere illiterato debeam
non miretur diligens lector. si
ad edificationem illiterati de sub
tilibus simplicia dicam. Nec
putet leuitati quod accipitrem
uel columbam pingam. cum beatus Iob
⁊ propheta David huiusmodi uolucres nobis
reliquerunt ad doctrinam. Quod enim doctoribus innuit scriptura: hoc sim
plicibus pictura. Sicut enim sapiens delectatur subtilitate scripture: sic
simplicium animus detinetur simplicitate picture; Ego autem plus labo
ro ut simplicibus placeam quam ut doctoribus loquar: quasi uasculo latices
infundam. Qui enim sapientem uerbis instruit: quasi uasculo pleno
latices infundit;

Hic incipit de tribus columbis.

Si dormiatis inter medios cleros penne columbe deargen
tate ⁊ posteriora dorsi eius in pallore auri; In scriptura sacra
fratres columbas legendo reperi. ex quibus si attente considerentur. sum

plurium mentes ad perfectionem poterunt edoceri. Columba .s. noe. columba .dd. columba iesu xpi. Noe requies. Dauid manu fortis. Ihc saluator interpretatur; Petro autem dicitur: peccasti: quiesce. Si igitur uis esse noe: quiesce a peccatis. Si .dd. esse possis: operare fortia. Si saluari desideras: a saluatore salutem postula. Diuerte a malo. fac bonum. inquire pacem: diuerte ad archam noe. Preliare cum .dd.: prelia domini. Inquire pacem cum ihu in ierusalem. diuerte ad quietem mentis. resiste temptacionibus. expecta pacienter salutis beneficium. De columba uero noe dicitur, Reuersa est columba ad uesperam. ferens in ore suo ramum oliue. Ad archam noe columba reuertitur: cum ad quietem mentis ab exterioribus animus reuocatur; Reuertitur ad uesperam cum deficiente luce mundane felicitatis: uane glorie fugit pompam timens ne incurrat obscuritatem noctis .i. profunditatem perpetue dampnationis. Oliuam gerit: quia misericordiam querit. Oliuam in ore portat: dum indulgentiam sibi quod deliquerat peccatis exorat. De columba uero .dd. dicit: et p. d. eius in pallore auri, In posterioribus dorsi aurum habetur: quia bene operanti in futuro ueniam promittitur; Similiter et de saluatore legitur. cum descensu columbe. super eum hec uox audita est, Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui. Columba est sancti spiritus gratia. quam super ihesum in iordane descendisse creditur. quia cuilibet humili a peccatis mundato: gratia preparatur; Penitenti igitur: fit misericordia. bene operanti promittitur uenia. diligenti datur gratia.

Mistice de columba.

Si dormiatis inter m. c. p. c. de. a. et p. d. eius in pallore auri. Columba deargentata: est ecclesia. doctrina diuini eloqui erudita, Que per similitudinem fertur habere. predicationis rostrum. racione diuisum quo grana colligat ordei et frumenti: sentenciarum .s. ueteris et noui testamenti; Habet dextrum et sinistrum oculum: moralem et misticum sensum, Se ipsam respicit sinistro: deum uero contemplatur dextro. Duas alas habet: actiuam et contemplatiuam uitam; His duabus alis sedens tegitur: his

duabus uolans ad celestia subleuatur. Volamus: cum mente excedimus; Sedemus: cum inter fratres sobrii sumus. In his siquidem alis: penne sunt inserte; Penne uero sunt doctores. alie recte actiones et diuine contemplationis firmiter inherentes, Cleros enim grece: sortes uocamus latine. Due sortes. duo sunt testamenta. Inter quas sortes dormiunt: qui auctoritatibus ueteris et noui testamenti concordant et adquiescunt, Et p. d. eius. in p. auri. Dorsum columbe illam partem corporis esse dicunt: cui radices alarum sese inuicem naturaliter coniungunt, Ibidem cor ponitur. quod dorso proximum auro perpetue beatitudinis in futuro operitur; Sicut aurum preciosius est argento: sic et beatitudo futuri seculi: preciosior est felicitate presenti, Posteriora igitur dorsi columbe in pallore auri erunt: quia ita in eterna beatitudine nimia claritate fulgebit;

Item de columba.

Si dormiatis inter m. c. p. c. dar. et p. d. eius. in p. a. Columba est quelibet fidelis anima et simplex deargentata in pennis. Declarata in uirtutibus per famam bone opinionis. Que tot in cibum colligit seminum grana. quot ad bene operandum assumit sibi historiarum exempla, Duos habet oculos dextrum et sinistrum: memoriam .s. et intellectum; In uno futura prouidet: in alio transacta deflet. Hos oculos clauserunt patres nostri in egipto qui non intellexerunt opera dei. non fuerunt memores multitudinis misericordie eius; Duas uero habet alas. amorem proximi. et amorem dei; Vna extenditur per compassionem ad proximum: altera erigitur per contemplacionem ad deum; Ex his alis procedunt penne .i. uirtutes anime. He penne: argentea claritate resplendent quando per famam bone opinionis audientibus argenti more dulcem tinnitum prebent; Cleros uero grece: sortes dicimus latine; Quatuor autem sunt sortes. timor et spes: amor et desiderium; Sortes sunt: que paterne hereditatis locum nobis distribuunt, Timor et desiderium: sortes sunt extreme. spes et amor medie; Timor animum conturbat. desiderium mentem cruciat et in aliquo medium interuenerit: animus a quiete recedit. Oportet ergo ut inter desiderium et timorem. spem ponamus. et amorem; Spes enim timorem retrahit: amor desiderium temperat. Inter spem ergo et amorem quasi inter medias sortes quiescit dormit: qui inter extremas .s. inter timorem et desiderium uigilat et obstupescit. Si ergo es columba. uel columbe penna: dum times et desideras. inter extremas sortes uigilas. dum speras et diligis: inter medias quiescens dormis. Et p. d. e. in p. a. In dorso solent onera portari. et per hoc eadem possunt operum labores designari. Per posteriora uero dorsi denotatur expectatio premii. Post tollerantiam siquidem presentium laborum: in futuro subsequi credimus eterna premia meritorum. Reddet enim deus mercedem laborum sanctis suorum. et deducet eos in uia mirabili. et hoc in pallore auri esse credimus: quia preciosa est in conspectu domini mors sanctorum eius; In pennis ergo argentum: quia in linguis eloquium. in posterioribus uero aurum. id est post labores premium; Item de columba.



columba xpisti.

Si dormiatis inter m. c. p. c. d. et p. d. e. in. p. a. Columba deargentata: est absque felle malicie quelibet adhuc uiuens prelatorum persona; Que inter medios cleros dormit, Cleros grece: latine sors. unde et clerimonia proprie uocatur hereditas. que fit testamento; Sic contigit ut filii leui inter filios israel non haberent sortem .i. hereditatis partem: sed ex decimis uiuerent;



columba dauid.

Due sunt autem hereditates, Terrena ueteris testamenti. et eterna noui. In medio ergo istarum dormit qui in contemptu terrenorum et spe celestium uitam finit. dum nimis ardenter presentibus inhiat: et futura patienter expectat. Et posteriora d. e. in p. a. Oculi enim iustorum uidebunt



columba noe.

regem in decore suo; Tunc enim aurum in posterioribus habebis: cum apparuerit in futuro gloria diuine maiestatis. Corone siquidem regum ex auro purissimo fabricantur. ex argento uero monete fiunt. quibus imagines regum imprimuntur; In moneta: notatur imitatio forme. in corona signum uictorie. Moneta siquidem diuini eloquii: docet imitationem uite xpisti. Corona uero uictorie: post labores presentis seculi finem pugne; Ibi ergo quasi in posterioribus aurum. Hic in pennis predicationis argentum. quia cum ad illa dona columba peruenerit: iam predicationis eloquio non indigebit. sed in eo quod in retributione percipiet. in puritate perfectionis sine fine uiuet; De columbe pedibus

Columba de qua hic agitur: rubeos pedes habere perhibetur, hec columba est ecclesia. que pedes habuit. quibus tocius mundi spacium perambulauit, Pedes: sunt martires. qui tot passibus terram perambulant; quot bonorum operum exemplis uiam iusticie sequentibus se demonstrant; Terram tangunt cum dignis increpationibus actus et uoluntates terrenas reprehendunt. Sed dum terra premitur: asperitate terre .i. crudelitate terre pedes uulnerantur. Et sic pedes ecclesie rubei facti sunt: quia sanguinem suum pro xpisti nomine martires effuderunt; Rubor igitur pedum: est cruor martirum,

De pennis deargentatis

Columba que rubeos pedes habere dicitur. pennas deargentatas. habuisse ubi propheticis demonstratur; Penne inquid. dicit. columbe deargentate. Penne columbe de argento: sunt predicatores ecclesie; Est autem argentum diuinum eloquium; Tinnitus argenti: dulcedo uerbi. Color: candor. Candorem uero argentum retinet: dum quilibet doctor mundiciam quam predicat. et mundiciam in se habet. dum quod docet diligit. quia interius amat: foris operibus ostendit; Hec sunt eloquia domini casta. argentum igne examinatum. Eloquia domini casta quia nulla sunt simulatione corrupta. nullo sunt semine cupiditatis inpregnata. Argentum examinatum igne

s oliuatum

datum in qualibet perturbatione. Candor quoque argenteus in pennis est in linguis docentium: leve blandimentum sermonis.

De colore alarum.

λ Alarum colorem septimum non repperi. Sed ex similitudine materialis columbe potest assignari. Nam si columbam pictam respicias: columbe materialis colorem eam habere non contradicas; Alarum enim superficies saphirino colore superfunditur. quia celi speciem animus contemplantis imitatur. Sed color saphirinus candidis lineis distinguitur: quia saphirino colori niveus miscetur. Color enim niveus saphirino mixtus. designat munditiam carnis: et amorem contemplationis.

De posterioribus dorsi columbe.

p Posteriora dorsi columbe de auro propheta commemorat: et per ea finem vite presentis in quolibet homine moraliter demonstrat. In auro puritatem mentis. in pallore vero auri: designat mortificationem carnis; Est enim pallor: animi patientis et mortificate carnis innatus color. Posteriora quoque columbe de auro in pallore auri erunt. dum puritas mentis et mortificatio carnis finem cuiuslibet morientis optinebunt; Sed et ideo color aureus in posterioribus dorsi columbe saphirino iungitur: quia contemplantis animum future beatitudinis gloria subsequitur. Color quoque aureus in posterioribus designat eterne retributionis munus;

De oculis columbe.

o Oculi tui columbarum. Columba super aquas sedere sepius solet. ut cum viderit umbram: supervenientis accipitris fugiens declinet; Ecclesia vero scripturis se munit: ut insidiantis diaboli fraudes evitare possit; Hec quoque columba croceos oculos habet. Color itaque croceus in oculis. discretionem designat mature considerationis; Dum enim aliquis quid agat. vel quid cogitet. mature considerat: quasi croco spirituales oculos adornat. Habet enim croceus colorem maturi fructus. Croceus quoque oculus est maturitas sensus;

De colore reliqui corporis.

c Color reliqui corporis: imitatur colorem turbati maris. Mare motu fluctuum semel ebullit: caro motu sensuum ebulliens sevit. Mare perturbationibus suis arenas movet et sublevat: caro delectationibus suis animi levitatem pulsat. Mare terminos suos egrediens. aquis dulcibus occurrit. caro lasciviens: lacrimarum dulces rivulos obtundit. Mare diversis procellarum turbinibus navigantium cursus impedit. caro procellosa recte viventium mores in profundum mergit; Dum tantis mare tempestatibus agitatur. undarum collisione terra fluctibus immiscetur: et sic ex collisione maris et terre colorem mixtum recipit mare, Si quando caro suggerit. et animus non consentit: quasi ex nigro et niveo quidam in corpore color efficitur: qui ex diversis factus color medius appellatur. Marinus quoque color in pectore columbe. tribulationem designat in humana mente,

De diversis proprietatibus columbe.

In diversis locis diversas proprietates repperi. quas inserens huic operi: annotare curavi. Prima natura columbe est: quod pro cantu gemitum profert. Secunda: quod felle caret. Tertia. quod osculis instat. Quarta: quod gregatim volat. Quinta: quod ex rapto non vivit. Sexta: quod grana meliora colligit; Septima: quod non vescitur cadaveribus. Octava: quod nidificat in petre foraminibus. Nona: quod super fluenta residet. ut visa accipitris umbra. venientem citius devitet. Decima: quod geminos nutrit pullos; Columba pro cantu: utitur gemitu. quia quod libenter fecit: plangendo gemit. Caret felle. id est iracibilitatis amaritudine, Instat osculis quia delectatur in multitudine pacis; Gregatim volat: quia conventum amat; Non vivit ex rapto: quia non detrahit proximo; Colligit grana meliora. id est meliora dicta. Non vescitur cadaveribus: id est carnalibus desideriis. Nidificat in foraminibus petre. quia spem ponit in Christi passione, Super fluenta residet: ut visa accipitris umbra venientem citius devitet. quia ergo in scripturis studet. ut supervenientis diaboli fraudem declinet. Geminos nutrit pullos. id est amorem dei et amorem proximi. Duas alas quoque natas habet. assumat se contemplationis alas: quibus ad celum uolet;

Aquilo frigidissimus uentus est. Ab aquilone inquid pandetur malum. Ibi sedes sathane. ibi ruine principium. Ventus aquilo generalis temptatio est. flatus aquilonis: suggestio temptationis; frigus negligentie torpor; Aquilo generaliter uenit. quando generalis temptacio mentem cuiuslibet inuadit. Aquilo uero surgit. quando ab animo temptatio recedit. Ab aquilone inquid et mari. aquilo. temptatio. mare: mundus. Ab aquilone quoque et mari. xpistus suos congregat cum a tumultu temptationum non tantum iustos sed; etiam peccatores sequestrat.

Ponam inquit sedem meam ad aquilonem et ero similis altissimo; Sedem ad aquilonem ponere desiderat. qui penna superbie sursum leuatus est. simul altissimo concupiscit. quia illi cui subditus esse debet per arrogantie spiritum se equalem facit. et ut plus dicam tunc se magistro suo comparat sed; et se illo meliorem esse putat. Cecidit diabolus cum se exaltare uoluit. humiliatur homo cum se exaltare concupiscit;



Auster calidissimus est uentus, Deus inquid ab austro ueniet. Ibi sedes altissimi; Ibi dilectionis ardor. Inde sinceritas ueritatis. Austera serena regione procedit. quia deus in serenitate morum requiescat; Ibi pascit. Ibi cubat. Ibi quies mentis. Ibi contemplacionis refectio; Auster sancti spiritus gratiam designat; flatus austri. benignitatem spiritus sancti. kalor. amor. Auster igitur uenit: quotiens gratia sancti spiritus mentem cuiuslibet accendit. Surgit. quotiens a mente gratia recedit;

Deus inquit ab austro ueniet. Ab aquilone diabolus: ab austro deus. Ille tenebris ignorantie inhabitat. iste serenitatem caritatis amat. frigus aquilonis: poros carnis restringit. calor austri: clausos aperit. Quod enim frigus auaritie stringendo retinet: apertis elemosine manibus caritas larga prebet. Penna sigd uet in infernum mergit.

noua uero: animum ad celestia desideranda sustollit. Peccata enim grauant: uirtutes uero subleuant; Item de accipitre.



Accipiter auis animo plus armata quam unguibus uirtutem maiorem in minore corpore gestans. Hic ab accipiendo. id est a capiendo nomen sumpsit; Est auis autem rapiendis aliis auibus auida; Ideo uocatur accipiter. id est raptor. Unde et paulus dicit. Sustinetis enim: si quis accipit uos; Ut enim diceret si quis rapit. dixit si quis accipit, fertur autem accipiter circa pullos suos impius esse. nam dum uiderit eos posse temptare uolatus. nullas eis prebet escas. sed uerberat pennis. et a nido precipitat atque a tenero compellit ad predam. ne adulti pigrescant; Cauet ne in tenera etate pigrescant. ne soluantur deliciis. ne marcescant ocio. ne discant cibum magis expectare quam querere. ne nature sue deponant uigorem: intermittunt studium nutriendi. ut in usum rapiendi audere compellant; Beatus Gregorius de accipitre quando plumescat.

Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad austrum? Unde beatus Gregorius. Agrestibus accipitribus moris est. ut flante austro alas expandant quatinus eorum membra ad laxandam pennam ueterem uenienti tepore concalescant; Cum uero uentus deest alis contra radium solis expansis atque percussis: repente sibi auram faciunt: sicque apertis poris uel ueteres exiluunt: uel noue succrescunt. Quid est quod accipiter in austro plumescere. nisi quod unusquisque sanctorum tactus flatu spiritus sancti concalescit. et usum uetere conuersationis abiciens noui hominis formam sumit: Quod apostolus ammonet dicens. Expoliantes nos ueterem hominem cum actibus suis et induentes nouum; Et rursum. Licet his qui foris est noster homo corrum patitur. Tamen his qui intus est renovatur de die in diem. Vetustam autem pennam proicere est: inveterata studia dolose actionis amittere. Et novam pennam sumere est: mitem ac simplicem bonum vivendi sensum tenere. Penna namque veteris conversationis gravat, et pluma novae immutationis sublevat, ut ad volatum tanto leviorem quanto noviorem reddat. Et bene ait, expandens alas suas ad austrum. Expandere est per adventum Sancti Spiritus animas confitendo cogitationes aperire, ut iam non libeat defendendo nos tegere, sed accusando publicare. Tunc ergo accipiter plumescit, cum ad austrum alas expandit: quia tunc se unusquisque virtutum pennis induit, cum Sancto Spiritui cogitationes suas confitendo substernit. Qui enim fatendo vetera non detergit, nova virtute opera minime producit. Qui nescit lugere quod gravat: non valet proferre quod sublevat. Ipsa namque compunctionis vis poros cordis aperit, et plumas virtutum fundit; et dum quisque se studiose mens de pigra vetustate redarguit: alae novitate iuvenescit. Dicatur ergo beato Iob. Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter: expandens alas suas ad austrum: id est cuilibet electo tu intelligentiam tribuisti, ut flante Spiritu Sancto cogitationum alas expandat: quatinus pondera vetustae conversationis abiciat, et virtutum plumas in usum novi volatus sumat: ut hinc videlicet colligat, qui vigilantiam sentit in semetipso ex se non habet qui hanc ex se conferre alius nequaquam

Duae sunt species accipitrum. De domestico et silvestri. Quid valet; accipiter domesticus scilicet et silvestris. Idem tamen sed diversis temporibus potest esse silvestris et domesticus. Silvestris: rapere consuevit domesticas volucres. et domesticus silvestres, Silvestris quas rapit: continuo devorat. domesticus captas domino suo relinquendas fugat; Porro domini eius captarum volucrum ventres aperit. et earum corda accipiter in cibum tribuenda sumit; Interiora ventris cum fimo eicit. quae intus remanens putredinem carnium cum fetore

gignit; Moraliter silvestris accipiter captas volucres et rapit et devorat. quia quilibet perversus actus et cogitationes simplicium dissipare non cessat; Domesticus vero accipiter est quilibet spiritualis prelatus qui totiens silvestres volucres rapit: quotiens seculares ad conversionem predicando trahit; Captat occidit. dum seculares mundo mori per carnis mortificationem cogit, Domini autem eius: id est omnipotentis Dei. ventres earum aperit. quia mollitiem carnalium per suspiras increpando solvit. Corda vero gestit dum cogitationes secularium per confessionem manifestas facit. Interiora ventris cum fimo eicit. quando memoriam peccati fetentem reddit; Ad mensam itaque domini captae volucres veniunt: dum in corpus ecclesiae peccatores dentibus masticati sese convertunt;

Qualiter accipiter plumescere debeat.

Domesticis accipitribus quo melius plumescere debeant: munita ac tepentia requiruntur loca. Loca munita sunt claustra. In quibus dum silvestris accipiter ponitur: ut domesticus fiat. clausus tenetur. Ibi veteres pennas emittit. et novas assumit: quia quilibet claustralis quasi pristinis vitiis spoliatur: novi hominis virtutibus adornatur. Et non exhibetur: nisi prius eiectis veteribus pennis novae solidentur; Sed cum firmus in volatu fuerit: eiectus foras ad manum venit, Similiter si aliquis conversus de claustro exeat: necesse est ut ad manum bonae operationis accedat. et non emissus volet: ut ad desideranda celestia toto nisu mentis seipsum levet;

Quod accipiter in sinistra manu gestatur.

Accipiter in sinistra manu gestari solet. ut in dexteram ad aliquid capiendum emissus volet. Leva inquit eius sub capite meo. et dextera illius amplexabitur me. Leva: sunt bona temporalia. dextera vero sunt eterna, In leva ergo sedet: qui bonis temporalibus providet, In dextera vero volat: qui toto affectu mentis eterna desiderat. Ibi capiet accipiter columbam: id est quilibet mutatus in melius: Sancti Spiritus recipiet gratiam;

Explicit de columba et accipitre.

Incipit de turture et de passere.

Post columbe gemitum et accipitris questum, ne diutius differam, planctum turturis et clamorem passeris velocius scribam, non tantum scribam sed et pingam; Qualiter turtur heremi secretum diligat, et passer solitarius in tecto clamare non desinat. ut sub exemplo turturis teneas mundiciam castitatis et sub exemplo passeris, ames custodiam callide circumspectionis. et ut vivas caste et ambules caute;

De turture.



Turtur de voce vocatur. avis pudica et semper in montium iugis et in desertis solitudinibus commorans, Tecta enim hominum et conversacionem fugit. et commoratur in silvis. que etiam hyemis tempore deplumata in truncis arborum cavis habitare perhibetur. Turtur etiam nido suo ne pullos suos incursent lupi squille folia superiacit, Novit enim quod huiusmodi folia lupi fugere consueverunt. Fertur enim turtur si iugalis proprii fuerit amissione viduata per talem usum thalami et nomen habere coniugii eo quod primus amor fefellerit eam dilecti morte deceptam. quoniam et infidelis ad perpetuitatem fuit et amarus ad gratiam. qui plus doloris ex morte. quam suavitatis ex caritate generaverit, Itaque iterare coniunctionem recusat. nec pudoris iura aut complaciti viri resolvit federa. illi soli suam caritatem reservat. illi custodit nomen uxoris. Discite mulieres quanta sit viduitatis gratia que etiam in avibus predicatur, Quis ergo has leges turturi dedit? Si hominem quero: non invenio. homo enim nullus est ausus quoniam nec paulus ausus est. leges tenende viduitatis prescribere. Denique ipse ait, Volo ergo iuniores nubere. filios procreare. matres familias ~~familias~~ esse. nullam occasionem dare adversario. et alibi; Bonum est illis si sic permanserint; Quod si se non continent nubant; Melius est enim nubere: quam uri; Optat paulus in mulieribus quod in turturibus perseverat, Et alibi iuniores hortatur ut nubant quia mulieres nostre temporum pudiciciam implere vix possunt; Ergo turturibus deus hanc infudit gratiam ut affectum. hac virtutem continencie dedit qui solus potest prescribere. quod omnes sequantur; Turtur non urgetur flore iuventutis non temptatur occasionis illecebra; Turtur nescit primam fidem irritam facere quia novit castimoniam servare. prima conubii sorte promissam;

De palma quod tam.

Sicut palma multiplicabo dies, Palma dies multiplicat. quia tarde proficit postquam in altum crescat. Similiter iustus tarde proficit. postquam ad hoc perveniat ad quod tendit. Est enim iusti desiderium. ut perveniat ad celeste regnum; Si ad hoc desiderium mundi impedit ut ad optata non tarde pervenire possit. palma multiplicat dies nec tamen eam frigus hyemis vel nimius calor estatis impedit. quin semper virescat. Similiter iustus semper viret nec aliquo impeditur quin in proposito bone operationis perseveret. frigus hyemis: est torpor vel negligentia. refrigerate mentis. Nimius calor estatis: est ardor libidinis. vel iracundie flamma. seu incendium cupiditatis: Nec palma igitur marcescit frigore nec nimio estatis uritur calore. sic et iustus non permittitur quacumque temptatione; Aliter palma dies multi



plicat. Qui iustus dies antiquos ad memoriam reducit. et annos eternos in mente tractat; paucitatem dierum suorum nunciat. et ex alia parte longitudinem dierum in futuro sperat. Quibus igitur intra se colligit: multiplicando dies sic palma in crescendo in altum crescit;

Item de palma.

Statura tua assimilata est palme. Statura ecclesie: vel cuiuslibet fidelis anime: assimilatur palme; In statura cuiuslibet hominis notatur paruitas vel magnitudo in membris per liniamenta corporis; Habet autem staturam palme iustus. si apud se modicus. apud deum magnus. In se humilis: coram deo sublimis. Hec palma est xpistus. cui assimulatur iustus; Dum enim tribulationes quas passus est xpistus patitur: stature palme: iustus assimulatur. Vnde apostolus. Qui erunt participes tribulationum. erunt participes et glorie. Qui ergo membrum corporis est. quod sunt capitis sentire debet; Iam palma creuit in altum. iam cacumen illius penetrauit celum. iam capite sunt capitis come. qui sunt electe palmarum. id est electe animarum. adhuc stipes rugoso cortice. id est ecclesia circumdata tribulacionum asperitate. interim figitur. Iiaui idem sancti in eterna felicitate glorificantur;

Item de palma.

Iustus ut palma florebit. Iustus plantatur. floret et fert fructum. plantatur in domo domini in atriis domus dei nostri. Domus dei nostri est domus conuersionis. Est autem atrium ante domum. Ante domum conuersionis significatur autem atrium renunciacionis. Qui enim mundum renunciat: palmam victorie quasi iam dum vicit in atriis domus domini plantatur. Plantatur igitur in domo conuersionis. floret per famam bone opinionis. fert fructum recte operacionis; Seorsum significat radicem: quomodo crescit: quomodo roboratur: Radicatur per fidem. Crescit per spem. Roboratur per caritatem. Mirum est tamen quod de iustis dicitur. plantati in domo domini. in atriis domus dei nostri florebunt. Mirum est quod plantatur in domo et floreat in atrio; Sed fortasse per fidem plantatur iustus. per exemplum boni operis florent ceteri et sic per famam bone opinionis foras gerit odorem floris. Vel aliter. Plantatur in domo. floret in atrio. quia iusti plantantur in presenti ecclesia et flore immarcessibili florebunt in eterna vita; Ibi enim cum flore recipient fructum id est cum mundicia carnis et anime: future retribucionis premium;

Item de palma.

Ascendam in palmam et apprehendam fructus eius; A palma iuxta terram gracilis et aspera. versus celum grossior et pulcrior; Est ergo ascensus dificilis. sed fructus dulcis. Minuitur ascendentis labor dum sentitur odor; Dificultatem ascensus aufert dulcedo gustus. Palma est xpistus. fructus. salus. Salus inquit populi ego sum; Gustate et videte quoniam suauis est dominus. Spes salutis in ligno crucis; Ascende ergo in palmam. id est accede crucis victoriam; Per scalam siquidem crucis: ascendes ad solium victoris; Tolle inquit crucem tuam et sequere eum; Qui affligit carnem: tollit crucem; Palma manum victoris ornat. et iustus palmam victorie. in manu victorie bene operando portat; Tria dicuntur esse. de quibus iustus victoriam debet adquirere; Mundus. caro diabolus; Iustus mundum vincit. dum eum cum oblectacionibus contempnit. Carnem superat. dum eam per abstinenciam domat; Diabolo dominatur et eum sibi subicit. dum a suis finibus expellit. Palmam ergo in manu gestat. quia de his tribus bene operando triumphat.

De cedro et passeribus qui ita in cedris nidificant.

In bona significacione cedrus et libanus quando ponuntur. sic in canticis canticorum per salomonem dicitur, Species eius ut libani; electus ut cedri. Libanus fenicis est mons tinnulus iudee contra septentrionem. Arbores illius proceritate specie et robore ceterarum siluarum ligna precellunt. Per montem libanum sane intelligere possumus eminentiam virtutum. Tinnulus est iudee



contra septem trionem nechia
bolus mentes ue confitenti
uim inferet p temptationū.
Arbores illius p ceritate spe
robore. Alias arbores p̄ celsitūt.
dum quelibet fideles anime
p ceritate dest deriu: spe casti
tatis robore p seueriantie. ali
as an̄ cedunt; p cedrum intel
lignus x. h est cedrus alta liba
ni. conforma ta ysopo. q̇ cū
ēēt sublimis: fac tus ē humilis.
passeres sunt p̄dicatores. pul
li. sunt hii q̇ ubo p̄dicationis sunt pereati. Nidus: quiete
mentis locus; In hac ḡ cedro nidificant. qui tranquille ui
uendo. de ētna beatitudine n̄ desperant; Sunt cedri libani
quas plantauit dominus; Cedri libani sunt diuites huius
mundi, Passeres sunt cenobiorum rectores; Pulli discipuli.
Nidus: officinarū locus; In his cedris. passeres nidificant.
qr rectores animarum in possessionibȝ diuitum cenobia
locant; Ibi passeres clamare n̄ cessant. ut s̄ adeo escam que
rant; Adeo s̄ escam querant: qui uerbi diuini eloquiū q̄ti
tant; Die ac nocte clamitant. qui p̄suis bn̄
cibo saciari uolunt; Die ac nocte clamitant. qui p̄suis bn̄
factoribȝ toto adnisu n̄ras dn̄m rogant. In mundo tranq̇l
le mentis pennas contemplacionis nutriunt, Quibȝ ad
p̄dictam cedrum. q̄m uicius poterunt euolare contendt̄.
Extra ligna libani uolitant. qr uiam seu mores iuniorum
sublimiorum scire desiderant; Ex his lignis libani. salomō
ferculum fecisse legit̄. qr ecclia de uiris sublimibȝ infati
gabilibȝ fatigatur; Item de cedro.

Sicut cedri quas non plantauit dominus non planta
uit ipsa uoluntate. non dilatauit in cupiditate; Omīs
plantacio q̄m n̄ plantauit pat̄ meus celestis: eradicabitur.
Hii cedri libani sunt diuites supbi; In his nidificant herodii
i accipitres. i. raptores. Nidos componunt: qr in possessionib'
diuitum. raptores municiones construunt; Pulli: sunt
complices raptorum seu ministri. He uolucres in cedri. ut ra
piant latent. qr raptores nocendi potentiam: a p̄ncipibȝ p
uersis h̄nt; Sed dn̄s confringet cedros libani. i. diuites mundi. q̄sdā
p penitentiā. q̄sdā p iudiciū. p penitentiā confringet. q̄n sic uitulū liba
ni comminuet. Comminuet sic uitulū libani. ad imitacionem uite x̄. ut fiat
uitulus sacrificius apt̄. ut carnem mortificet: z cū x̄ crucē portet. P iudiciū confringet
alios. qr ētno igni reseruandos. Predicta cedrus succisa mul
tis p̄ficit. qr x̄pc morte p̄pria mundum redemit; Ipse enim gra
num frumenti cadens in terra. m. f. i. s. m. Si autem. m. f. m. f.
affert; Cedrus. ḡ succidit̄ dum x̄ morit̄; Mors siquidem x̄ multis
p̄ficit. descendens ad inferos. surgens a mortuis. ascendens in
celos. spē resurgendi morientibȝ dedit; Quid enim p̄dess; uiue
tribulationibȝ conteri. ad extremum mori. n̄ sequeretur spes
resurgendi: Et quid p̄dess; resurrexisse. n̄ constans ēēt homi
nem immortalem absq; supplicio sine fine manē. Similiter
cum cedrus q̄m plantauit dominus succidit̄. multum p̄fic̄
qr ad ētne beatudinis edificium transfert̄; Si autem cedrus
q̄m non plantauit dominus succisa fuerit: non minime uti
litatis erit. qr que nullum fructum ferebat in libano. i. in se
culo. pondus edificiū succisa sustinet in sp̄itali templo. Ita
dico si cedri supbiam succidas p penitenciam. si n̄ p iudic
tam succidas iehenne incendiis illa concremandam in
perpetuum seruas;

DE PE LI CA NO.



Similis factus sum pellicano solitudinis, pellicanus egyptiaca avis est habitans in solitudine nili fluminis unde et nomen sumpsit; Nam canopos egyptus dicitur. Amator est nimis filiorum; Qui cum genuerit natos et ceperint crescere percuciunt parentes suos in faciem; Sed parentes repercucientes eos occidunt, Tertia autem die mater eorum percuciens costam suam aperit latus suum et incumbit super pullos suos et effundit sanguinem super corpora mortuorum et sic suscitat eos a mortuis. Mistice pellicanus significat christum: egiptus mundum; pellicanus habitat ~~habitat~~ in solitudine. quia christus solus de virgine dignatus est nasci sine virili copulatione; Est autem solitudo pellicani. quia immunis est a peccato sic et christus. Hec avis rostro pullos suos occidit. quia verbo predicationis incredulos convertit; Super pullos suos flere non desinit. quia christus cum resuscitaret lazarum misericorditer flevit, Et sic post tres dies sanguine suo pullos vivificat. quia christus proprio sanguine suo redemptos salvat; Moraliter autem per pellicanum intellige possumus non quemlibet iustum: sed a carnali voluptate longe remotum; per egyptum: vitam nostram ignorantie tenebris involutam. Egyptus enim tenebre interpretatur: In egypto ergo solitudinem facimus, dum a viciis et voluptatibus seculi longe sumus; Sic et iustus in civitate solitudinem facit. dum immunem se in quantum humana fragilitas patitur a peccato custodit; Rostro pellicanus pullos suos occidit. quia iustus cogitationes. et opera que male gessit ore proprio iudicat et confundit dicens; Confitebor adversum me iniusticiam meam domino. et tu remisisti impietatem peccati mei. Super eos triduo deflet quicquit cogitatione locutione et opere male gessit: lacrimis deleri docet; Et sic pullos suos aspersos sanguine vivificat. dum carnis et sanguinis opera minuit: et actus spirituales bene vivendo servat; huius etiam volucris natura talis dicitur esse. quia semper afficitur macie. et quicquid glutit. cito digerit quia venter eius nullum habet diverticulum. in quo retineat cibum; Non igitur cibus ille corpus impinguat. sed tantum sustinet et confortat; Huic siquidem pellicano heremite vita fit similis. qui pane pascitur: non querit repletionem ventris. qui non vivit ut comedat. sed comedit ut vivat;

De Nicticorace.



Factus sum sicut nicticorax in domicilio. Nicticorax est avis que amat tenebras noctis. In parietinis habitat quia in ruinis maceriarum que sunt sine tecto domicilium servat. lucem refugit in nocte volitans cibum querit; Mistice nicticorax christum significat qui noctis tenebras amat. quia non vult mortem peccatoris: sed ut convertatur et vivat; Ita enim deus pater dilexit mundum, ut p redemptione mundi morti traderet filium. Quod autem peccatores tenebre vocentur, apostolus testatur dicens: Fuistis aliquando tenebre, nunc autem lux in domino. Habitat nicticorax in rimis parietum, quia Christus nasci voluit de populo iudeorum. Non sum inquit missus nisi ad oves que perierunt domus israhel. Secundum hoc opprimitur a rimis, quia occiditur a iudeis. Lucem refugit, quia vanam gloriam detestatur et odit. Cum enim leprosum curaret, ut nobis exemplum humilitatis daret, ait leproso: Vide nemini dixeris. De hac luce dicitur: Auferetur ab impiis lux sua, id est presentis vite gloria. Ipse autem est lux inaccessibilis que illuminat omnem hominem. Lux quam refugit lucem, id est vanitas mundane glorie vanitatem. In nocte volitans escas querit, quia peccatores in corpus ecclesie predicando convertit. Moraliter autem nicticorax non quemlibet iustum nobis innuit, sed eum qui inter homines degens ab intuitu hominum se in quantum potuit abscondit. Lucem refugit, quia humane laudis gloriam non attendit. De qua luce dicitur: Nonne lux impii extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius? Lucem dicit presentis prosperitatem, sed lux impii extinguetur, quia fugitive vite prosperitas cum ipsa terminatur. Nec splendebit flamma ignis eius. Ignem dicit temporalium desideriorum fervorem, cuius flamma est decor vel potestas exterior que de interno eius ardore procedit. Sed non splendebit, quia in die exitus omnis exterior decor et potestas peribit. In nocte vigilat, dum peccatorum tenebris attendens eorum errores vitat. Habitat in rimis parietum, dum mundi defectum considerat et expectat occasum. Escam in nocte querit, quia peccatorum multitudinem recogitans de exemplis iustorum mentem pascit.

DE EPOPO:

Avis que dicitur epopus, quando viderit parentes eius senuisse et caligasse oculos eorum, evellit plumas eorum et oculos eorum lingit et calefacit eos, et renovantur parentes ipsius. Quasi dicens parentibus suis: Sicut laborastis nutrientes me, similiter ego facio vobis. Si autem hoc faciunt sibi invicem irrationabiles, quantomagis rationabiles homines parentum suorum nutrimenta mutua reddere debent, quia lex dicit: Qui maledixerit patri vel matri morte morietur. Et est quasi patricida et matricida.

Ecce quomodo epopi plumas parentum evellunt et oculos eorum lingunt et eos calefaciunt ut pristinam sanitatem recuperent.



De pica.



Pice quasi poetice, quod uerba indiscrimine uocis exprimant ut homo. Per ramos enim arborum pendule inportuna garrulitate sonantes, et si nequeunt linguas in sermone explicare, sonum tamen humane uocis imitantur. De qua congrue quidam ait: Picax loquax certa dominum te uoce salutat. Si me non uideas, esse negabis auem. Picus a Pico Saturni filio nomen sumpsit, eo quod in auspiciis utebatur. Nam ferunt hanc auem quoddam habere diuinum, illo indicio quod in quacumque arbore nidificauerit, clauum uel quicquid aliud fixum diu herere non potest, quin statim excidat ubi illa insederit.

De corvo.



Coruus siue corax nomen a sono gutturis habet, quod uoce coracinet. Fertur haec auis quod editos pullos escam non plene prebeat, antequam in eis per pennarum nigredinem similitudinem proprii coloris agnoscat. Postquam uero eos tetros plumis aspexerit, in toto agnitos abundantius pascit. Hic prior in cadaueribus oculum petit. Coruus in diuina pagina diuersis modis accipitur, ut per coruum aliquando predicator, aliquando peccator, aliquando diabolus intelligatur. Ysidorus in libro ethimologiarum dicit, quod coruus prius in cadaueribus petit oculum, quem in carnalibus intellectum discretionis extinguit, et sic postmodum extrahit cerebrum. Per oculum cerebrum extrahit, qui extincto discretionis intellectu sensum mentis euertit. Item per coruum quilibet peccator intelligitur, quasi peccatorum plumis nigrescentibus uestitus. Sunt quidam peccatores qui de misericordia dei desperant. Sunt et alii qui adhuc religiosorum precibus adiuuari exorant. De quibus dicitur: Corui pauerunt Heliam. Per coruos ergo peccatores intelligi uolunt, qui de sua substantia religiosos pascunt. Illos enim Elias significat quos locus et habitus religionis occultat. Sunt alii qui desperant, terrenis inhiant, cum intus debent esse, foris spectant; de quibus scripta dicitur: Coruus ad archam non rediit, qui forsitan aquis diluuii interceptus periit, uel cadaueribus inuentis forsitan super sedit. Similiter peccator qui carnalibus desideriis foras pascitur, quasi coruus qui ad archam non rediit, curis exterioribus detinetur. Sed in bona significatione coruus accipitur, ut per coruum quilibet doctus predicator intelligatur. Unde per beatum Iob dicitur: Quis preparat coruo escam suam, quando pulli eius ad dominum clamant, uagantes eo quod non habeant cibos?

Corvus sic ait beatus Gregorius. Est quisque praedicator doctus qui magna voce clamat, dum peccatorum suorum memoriam quasi quandam coloris nigredinem portat; Cui nascuntur in fide discipuli. sed fortasse adhuc considerare infirmitatem propriam nesciunt. fortasse aperte praeteritis memoriam auferunt. Et [illegible] pulli eorum quam assumi oportet contra huius mundi gloriam; humilitatis nigredinem non ostendunt. hii velud ad accipiendas escas aperiunt. cum doceri de secretis sublimibus quaerunt; Sed eis doctor suus alimenta praedicamentorum sublimium tanto minus tribuit. quanto illos peccata praeterita minus digne deflere cognoscit. Expectat quippe atque ammonet. ut antere vite praesentis plumas per penitencie lamenta nigrescant: et tunc demum congrua praedicationis subtilissime nutrimenta percipiant; Corvus in pullis ora inhiancia respicit. sed ante in eis pennarum nigredine indui corpus querit: et discretus doctor interna misteria eorum sensibus non ministrat. quos adhuc ab hoc seculo nequaquam se abiecisse considerat. Et quo se a temporali gloria non evacuant. eo a spirituali refectione ieiunant; Escasque inhiantibus in ore cibum revocat. dum extra intelligentiam quam ceperit esurientibus discipulis alimenta vite loquendo subministrat; Quos tanto ardencius de superioribus reficit. quanto verius a mundi nitore nigrescere penitentie lamentatione cognoscit; Pulli autem dum nigro se pennarum colore vestiunt. de se etiam volatum promittunt. quia cum magis discipuli abiecta de se sentiunt: quo magis sese despicientes affligunt. eo amplius spe provectus sui maiora pollicentur; Unde et curat doctor festinantius alere. quos iam per quaedam iudicia providet posse et aliis proficere; Quae doctrine discretio dum caute a praedicatore custoditur. ei divinitus largior copia praedicationis datur; Dum enim per caritatem compati affectis discipulis

novit dum per discretionem congruum doctrine tempus intelligit: ipse non solum pro se. sed etiam pro eis quibus laboris sui studia impendit. maiora intelligentie munera percipit. Unde apte dicitur, Quis praeparat corvo escam suam quando pulli eius ad Deum clamant vagantes eo quod non habeant cibos? Cum enim pulli ut satientur clamant. corvo esca praeparatur. Quia dum verbum dei boni auditores esuriunt. proficiendis eis maiora doctoribus intelligentie dona tribuuntur: Huius pulli id est praedicatores ex eo editi. non in se praesumunt sed in viribus redemptoris sui. Unde bene dicitur: Quando pulli eius ad Deum clamant; Nichil enim sua virtute posse se sciunt. et quamvis animarum lucris piis vocibus esuriant: ab illo tamen qui cuncta intrinsecus operatur hoc fieri exoptant. Vera enim fide comprehendunt. quia nec qui plantat est aliquid neque qui rigat: sed qui incrementum dat; Quod vero dictum est vagantes eo quod non habeant cibos: in hac vagatione nil aliud quam estuantium praedicatorum vota signantur; Qui dum in ecclesie sinum recipere pullos ambiunt. magno ardore succensi. nunc ad hos nunc ad illos colligendos desiderium mittunt. Quasi quedam quippe vagatio est ipsa cogitationis estuatio; Et velud ad loca varia mutatis moribus transeunt: dum pro adiuvandis animabus in modos innumeros. in partes diversas esuriente mente discurrunt. Potest haec auctoritas aliter exponi. ut per corvum intelligantur quidam ecclesiarum prelati. peccatorum fuligine nigri. Qui non tantum escam suam sibi parant. sed etiam praeparant. ut precetis delicatius vivant. Quorum pulli: sunt eorum discipuli. Qui ad Deum clamant: et tamen murmurant. quia eorum magistri in cibum delicaciora sumant; Vagantes a claustris exeunt. et sic habundanciam victualium sibi quaerunt; Sunt et alii maiores corvi. potestate maiores. dignitate sublimes qui quandoque populos in ecclesiis congregant ieiunia praedicant. ipsi tamen in diebus ieiuniorum.

carnes edunt et sic simplices scandalizant et offendunt; Inde populi uagantes mente dubitant. uerum prelati qui ieiunia docent ea populis prodesse credant. Et hec ad presens de coruo sufficiant. donec aliquis de eo pociora dicat;

De Gallo.



Gallus a castratione uocatus. Inter ceteras enim aues huic soli testiculi adimuntur. ueteres enim abscisos gallos uocabant; Sicut autem a leone leena. et a dracone dracena. ita a gallo gallina: cuius membra ut ferunt quidam, et si auro liquenti misceantur consumi aiunt. Est etiam galli cantus suauis in noctibus. et non solum suauis sed etiam utilis. qui quasi bonus cohabitator et dormientem excitat. et sollicitum admonet. et uiantem solatur. processum noctis canora significatione protestans. Hoc canente: latro suas relinquit insidias. hoc ipse lucifer excitatus oritur celumque illuminat; hoc canente mesticiam trepidus nauta deponit. omnisque crebro uespertinis flatibus excitata tempestas et procella mitescit. Hic deuotus affectus exsilit ad precandum legendi quoque munus instaurat. Hic deuoti postremo canente ipsa ecclesie petra culpam suam diluit; quam priusquam gallus cantaret: negando contraxerat; Istius cantu spes omnibus redit. egris releuatur incommodum. minuitur dolor uulnerum. febrium flagrantia mitigatur. reuertitur fides lapsis. Ihesus titubantes respicit. errantes corrigit. denique respexit petrum. et statim error abcessit. pulsa est negatio. secuta confessio. quod non fortuito accidisse est; sed ex sententia domini lectio docet;

☞ Item de Gallo.

Quis dedit gallo intelligentiam? de gallo queritur a quo ei intelligentia tribuatur; sed hec questio soluitur si uox dei loquentis in moralibus audiatur; Intelligentiam sicut ait uox dei. Gallus accepit. ut prius nocturni temporis horas discutiat. et tunc demum uocem excitationis emittat. quia uidelicet sanctus quisque predicator prius in auditoribus suis qualitatem uite considerat. et tunc demum ad erudiendum congruam uocem predicationis format. Quasi enim horas noctis discernere est: peccatorum merita diiudicare; Quasi horas noctis discernere est: actionum tenebras apta increpationis uoce corripere; Gallo itaque intelligentia desuper tribuitur quia doctori ueritatis discretionis uirtus ut nouerit. quibus. quid. quando. uel quomodo inferat: diuinitus ministratur; Non enim una eademque cunctis exhortatio conuenit. quia nec cunctos par morum qualitas astringit; Sepe autem aliis officiunt que aliis prosunt. Nam et plerumque herbe que hec animalia reficiunt. alia occidunt. et lenis sibilus equos mitigat. catulos instigat. et medicamentum quod hunc morbum imminuit alteri uires iungit. et panis qui uitam fortium roborat. paruulorum necat; Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum: ut et ad sua singulis congruat. et tamen a communis edificationis arte. numquam recedat; Quid enim intente mentes auditorum sunt. nisi quasi quedam in cithara tensiones strate cordarum: quas tangendi artifex ut non sibimet ipsi dissimile canticum faciat dissimiliter pulsat; Et idcirco corde consonam modulationem reddunt quia uno quidem plectro: sed non uno impulsu feriuntur; Unde et doctor quisque ut in una cunctos uirtute caritatis edificet. ex una doctrina. non una eademque exhortatione tangere corda audientium debet; Videmus uero aliud quod de galli huius intelligentia considerare debeamus: quia profundioribus horis noctis ualentiores ac profundiores edere cantus solet: cum uero matutinum iam tempus appropinquat. leniores acutiores omnimodo voces format. In quibus galli huius intelligentia quid nobis innuat. considerata predicatorum discretio demonstrat. Qui cum iniquis adhuc initiis predicant. altis et magnis vocibus eterni iudicii terrores intimant. quia videlicet quasi in profunde noctis tenebris clamant. Cum vero iam auditorum suorum cordibus veritatis lucem adesse cognoscunt. clamoris sui magnitudinem in lenitatem dulcedinis vertunt. et non tam illa que sunt de penis terribilia quam ea que sunt blanda de premiis proferunt. Qui et tunc minutis vocibus cantant. quia propinquante mane subtilitate quadam queque de misteriis predicant. ut sequaces sui eo minutiora queque de celestibus audiant. quo luci veritatis appropinquant. Et quos dormientes longus galli cantus excitaverat. vigilantes succisior delectat. quatinus correcto cuilibet cognoscere de regno subtiliter dulcia libeat. qui prius de iudicio adversa formidabat. Quod bene per Moysen exprimitur cum ad producendum exercitum tube clangore concisius iubentur. Scriptum namque est. Fac duas tubas argenteas ductiles. Et paulo post. Cum concisus clangor increpuerit movebuntur. Per duas enim tubas exercitus ducitur. quia per duo precepta caritatis ad procinctum fidei populus vocatur. Que idcirco argentee fieri precipiuntur ut predicatorum verba lucis nitore pareant. et auditorum mentem nulla sui obscuritate confundant. Idcirco autem ductiles. quia necesse est ut hii qui venturam vitam predicant tribulationum presentium tunsionibus crescant. Bene autem dicitur cum concisus clangor increpuerit movebuntur castra. quia nimirum predicationis sermo cum subtilius acuminis agitur auditorum corda contra temptationum certamina ardentius excitantur. Est adhuc aliud in gallo sollerter intuendum. quia cum edere cantum parat.

prius alas excutit. et semetipsum feriens vigilantiorem reddit. Quod patenter cernimus si sanctorum predicatorum vitam vigilanter videmus. Ipsi quippe cum verba predicationis movent. prius se in sanctis actionibus exercent. ne in semetipsis torpentes opere alios excitent voce. Sed ante se per sublimia facta excutiunt. et tunc ad bene agendum alios sollicitos reddunt. Prius cogitationum alis semetipsos feriunt. quia quicquid in se inutiliter torpet. sollicita investigatione deprehendunt. districta animadversione corrigunt. Prius sua punire fletibus curant. et tunc que aliorum sunt punienda denunciant. Prius ergo alis insonant. quam cantus emittant. quia antequam verba exhortationis proferant omne quod locuturi sunt operibus clamant. Et cum perfecte in semetipsis vigilant. tunc dormientes alios ad vigilias vocant. Sed unde tanta doctori intelligentia ut et sibi perfecte vigilet. et dormientes ad vigilias sub quibusdam clamoris provectibus vocet. ut et peccatorum tenebras prius caute discutiat. et discrete per modum lucem predicationis ostendat. ut singulis iuxta modum et tempora congruat. et simul omnibus que illos sequantur ostendat. Unde ad tanta et tam subtiliter videnda. nisi intrinsecus ab eo a quo est conditus doceatur. Quia ergo laus intelligentie tante non predicatoris virtus est. sed auctoris est. recte per eundem auctorem dicitur. Vel quis dedit gallo intelligentiam. Nisi ego qui doctorum mentes quasi mire ex nichilo condidi. ad intelligenda que occulta sunt. mirabiliter instruxi. Potest etiam de gallo dici. quia sunt quidam ecclesie prelati quibus adeo satis datum aliquid operantur. Non seipsos excitant nec alios monent. ut ad bene operandum surgant. Seipsos amant et hic ocio et voluptati vacant. horas noctis sicut gallus non annunciant. quia culpas delinquentium non accusant. Confessionis et penitentie discretionem non attendunt. sed in adquirendis rebus transitoriis intelligentiam a deo sibi datam ponunt. Animarum lucra querere noverunt, ea tamen que ad delectationem carnis pertineant, tota mente querunt. Sunt et alii minus simplices et illiterati, qui quasi gallus sedent in pertica regiminis, in pertica prelationis locum occupant, et tamen officium divine legis ignorant. Sedent et tacent, se ipsos pascunt, nec gregem ~~pascunt~~ sibi commissum ad pascua eterne viriditatis ducunt. Et hic ergo cui intelligentia datur nec populo verbum dei predicat, et hic qui tacet quia nescit quid dicat, utrique caveat ne quasi gallus de pertica cadat. Filios suos Eli sepe corripuit, sed quia nimium correctioni non adhibuit, fractis cervicibus de sella cecidit. Antequam moreretur mortem filiorum audivit, et archam domini ab allophilis captam fuisse cognovit.



De strutione.

Est anima quod dicitur assida, quod greci strutiocamelon vocant, latini vero strutionem. Habet quidem pennas, sed non volat, pedes autem cameli similes. Cum ergo venerit tempus ut ova sua pariat, elevat oculos suos ad celum et intendit si illa stella que dicitur virgilia appareat. Non enim ponit ova sua nisi quando oritur illa stella. Quando autem viderit circa mensem iunium ipsam stellam, fodit in terram et ponit ova sua et cooperit sabulo. Cum ascenderit de loco illo, statim obliviscitur eorum et numquam redit ad ova sua. Tranquillitas quidem aeris et temperies hoc prestare videtur, ut testa calefacta arena excoquat ova sua et educat pullos. Si ergo assida cognoscit tempus suum et obliviscitur posteritatis sue, ac terrena postponens sequitur celestia, quanto magis o homo tibi ad bravium superne vocationis tendendum est, propter quem deus homo factus est, ut eriperet te de potestate tenebrarum et collocaret cum principibus populi sui in regno glorie sue.

Penna strutionis similis est pennis herodii et accipitris. Qui herodium et accipitrem nesciat aves reliquas quanto volatus sui velocitate transcendat? Strutio vero penne eorum similitudinem habet, sed volatus eorum celeritatem non habet. A terra quippe elevari non valet, et alas quasi ad volatum sepetenus erigit, sed tamen numquam se a terra volando suspendit. Ita sunt nimirum omnes hypocrite, qui dum bonorum vitam simulant, imitationis sancte visionis habent, sed veritatem sancte actionis non habent. Habent quippe volandi pennas per speciem, sed in terram repunt per actionem, quia alas per figuram sanctitatis extendunt, sed curarum secularium pondere pergravati nullatenus a terra sublevantur. Speciem namque phariseorum reprobans dominus, quasi strutionis pennam redarguit, que in opere aliud exercuit et in colore aliud ostendit, dicens: Ve vobis scribe et pharisei hypocrite. Ac si diceret: Sublevare vos videtur species penne, sed in infimis vos deprimit pondus vite. De hoc pondere per prophetam dicitur: Filii hominum usquequo gravi corde? Huius strutionis conversurum se ypocrisim dominus pollicetur, in propheta dicens: Glorificabit me bestia agri, dracones et strutiones. Quid enim draconum nomine nisi in aperto maliciose mentes exprimuntur, que per terram semper in infimis cogitationibus repunt? Quid vero per strutionis vocabulum nisi hi qui se bonos simulant designantur? Qui sanctitatis vitam quasi volatus pennam per speciem retinent, sed per opera non exercent. Glorificari itaque se dominus a dracone vel strutio ne asserit, quia et rapte malos et ficte bonos plerumque ad sua obsequia ex intima cogitatione conuertit. Habemus quod in consideratione strucionis huius de accipitre et herodio attentius perpendamus. Accipitris quippe et herodii parua sunt corpora, sed pennis densioribus fulta, et idcirco cum celeritate transuolant, quia eis parum inest quod aggrauat, multum quod leuat. At contra strucio raris pennis induitur, et immani corpore grauatur, ut et si uolare appetat, ipsa pennarum paucitas molem tanti corporis in aere non suspendat. Unde ergo in herodio et accipitre electorum persona signatur, qui quamdiu in hac uita sunt, sine quantulocumque culpe contagio esse non possunt.

Sed cum eis parum sit quod inest quod deprimat, multa uirtutis bone actionis suppetit que illos in superna sustollit. At contra ypocrita, et si qua facit pauca que eleuent, perpetrat multa que grauent. Neque nulla bona agit ypocrita, sed quibus ea ipsa deprimat, multa peruersa committit. Pauce ergo penne strucionis corpus non subleuant, quia parum boni ypocrite multitudo praue actionis grauat. Hec quoque ipsa strucionis penna ad pennas herodii et accipitris similitudinem coloris habet, uirtutis uero similitudinem non habet. Illorum namque concluse et firmiores sunt, et uolatu aerem premere uirtute soliditatis possunt. At contra strucionis penne dissolute eo uolatum sumere nequeunt, quo ab ipso quem premere debuerant aere transcenduntur. Quid ergo in his aspicimus, nisi quod electorum uirtutes solide euoluant, ut uentos humani fauoris premant; hypocritarum uero actio quamlibet recta uideatur, uolare non sufficit, quia uidelicet fluxe uirtutis pennam humane laudis aura pertransit.

Sed cum unum eundemque bonorum malorumque habitum cernimus, cum ipsam in electis ac reprobis professionis speciem uidemus, unum nostre intelligentie suppetat, ut electos a reprobis uita falsis ueros comprehendendo discernat perspicimus. Q tamen titulis agnoscamus si incontaminata memoria preceptoris nostri uerba signamus, qui ait: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Horum enim pensanda sunt que ostendunt in imagine sed que seruant in actione. Unde bene postquam speciem strucionis beatus Iob intulit, mox subiunxit facta dicens: Qui derelinquit in terra oua sua. Quid enim per oua nisi tenera adhuc proles exprimitur, que diu fouenda est, ut ad uiuum uolatile perducatur? Oua quippe insensibilia in semetipsis sunt, sed tamen calefacta in uiuis uolatilibus constituuntur. Ita nimirum paruuli auditores ac filii certum est quia frigidi insensibilesque remaneant, nisi doctoris sui sollicita exortatione calefiant. Ne ergo derelicti in sua sensibilitate torpescant, assidua doctoris uoce fouendi sunt, quousque ualeant et per intelligentiam uiuere et per contemplationem uolare. Quia uero ypocrite quamuis peruersa semper operantur, loqui tamen recta non desinunt, bene autem loquendo in fide uel in conuersatione filios pariunt, sed eos bene uiuendo nutrire non possunt, recte de hac strucione dicitur: Que derelinquit in terra oua sua. Curam namque filiorum ypocrita negligit qui ex amore intimo rebus se exterioribus subdit, in quibus quanto magis extollitur, tanto minus de prolis sue defectu cruciatur. Oua ergo in terra dereliquisse est, natos per conuersionem filios nequaquam a terrenis actibus interposito exortationis modo suspendere. Oua in terra dereliquisse est, nullum celestis uite filiis exemplum prebere. Quia enim ypocrite per caritatis uiscera non calent, de torpore prolis ecclesie, id est de ouorum suorum frigore nequaquam dolent. Et quanto se liberius terrenis actibus inseruiunt, tanto negligentius eos quos genuerunt agere terrena permittunt. Sed quia derelictos ypocritarum filios superna cura non deserit, nonnullos namque etiam ex talibus intima

electione profectos; Largitur gratie respectu calefacit recte subiun-
gitur. Tu forsitan in pulvere calefacies ea? ac si dicat. Non ego.
quia illa in pulvere calefacio. que scilicet parvulorum animas in me-
dio peccantium positas. amoris mei igne succendo. Ova ergo
dominus in pulvere derelicta calefacit. quia parvulorum animas
predicatorum suorum sollicitudinem destitutas. etiam in
medio peccantium positas. amoris sui igne succendit. Hinc
est enim quod plerosque cernimus. et in medio pravorum vivere.
et tamen vitam torpentis populi non tenere. Hinc est enim quod plerosque
cernimus. et malorum turbas non fugere. et tamen superno ardore flagrare.
Hinc est quod plerosque cernimus. ut ita dixerim in frigore esse calore; Unde enim
nonnulli inter terrenorum hominum torpores positi. superne spei.
desideriis inardescunt; Unde inter frigida corda succensi sunt.
nisi quia omnipotens deus derelicta ova aspicit et in pulvere calefacit. et frigo-
ris pristini insensibilitate discussa. per sensum spiritus vitalis anima-
re. ut nequaquam iacentia in infimis torpeant. sed vivacis vo-
latibus vita. sese ad celestia contemplando. i. volando suspendant.

Notandum vero est. quod in his verbis non solum ypocritarum actio
perversa reprobatur. sed bonorum quoque magistrorum si qua fortasse sub-
repserit. elatio premitur. Nam cum de se dominus dicit. quod derelicta
ova ipse in pulvere calefaciat. profecto aperte indicat. quod ipse operatur
intrinsecus per verba doctoris: qui et sine verbis ullius hominis calefacit
quos voluerit. in frigore pulveris. Ac si aperte doctoribus dicat.
Ut sciatis quia ego sum. qui per vos loquentes operor. ecce cum volue-
ro cordibus hominum et sine vobis loquor. Humiliata ergo cogita-
tione doctorum. ad exprimendum ypocritam sermo convertitur.
et quanta fatuitate torpeat adhuc sub strucionis facto plenius in-
dicat. Nam sequitur. Obliviscitur quod pes conculcet ea aut
bestia agri conterat. Quid in pede nisi transitus operationis acci-
pitur? Quid in agro nisi mundus iste signatur? De quo in evan-

gelio dominus dicit; Ager autem est mundus; Quid in bestia
nisi antiquus hostis exprimitur? Qui huius mundi rapinas
insidians. humana morte cotidie saciatur. De qua per pro-
phetam pollicente domino dicitur. Et mala bestia non transibit per eam;
Strucio itaque ova sua deserens obliviscitur quod pes concul-
cet ea quia videlicet ypocrite eos quos in conversatione filios
generaverant derelinquunt et omnino non curant. ne aut exorta-
tionis sollicitudinem aut discipline custodia destitutos.
pravorum operum exempla pervertant; Si enim ova que
gignunt diligenter. nimirum metuerent. ne quis ea per-
versa opera demonstrando calcaret. Obliviscitur et quod bestia
agri conterat quia nimirum si diabolus in hoc mundo semel editos
in bona conversatione filios rapiat. ypocrita omnino non
curat. Hinc est ergo veraces magistri super discipulos suos timo-
ris viscera ex virtute caritatis. ypocrite tanto minus
commissis metuunt quanto non in semetipsis quod timere debeant.
reprehendunt; Et quia obduratis cordibus vivunt. ipsos et quos
generaverant filios nulla pietate amoris agnoscunt. Unde adhuc
sub strucionis specie subditur. Duratur ad filios quasi non sint
sui; Que enim caritatis gratia non infundit. proximum suum et
si ipse hunc deo genuit. extraneum respicit. ut profecto sunt
omnes ypocrite; Quorum videlicet mentes dum semper exteriora
appetunt. intus insensibiles fiunt. et in cunctis que agunt
dum sua semper expetunt. erga affectum proximi nulla carita-
tatis compassione mollescunt. et quia caritatis viscera nesciunt
eorum ~~nesciunt~~ mens quanto per mundi concupiscentiam in
exteriora resolvitur. tanto per affectionem suam interius ob-
duratur. Et torpore insensibili frigescit intrinsecus quia
amore damnabili mollescit foris. Sed quia ipsam considera-
re non valet quod cogitare sese minime studet; Cogitare

ū ſe non poteſt q̄ totam apud ſemetipſam n̄. ē. tota ū. ēē. ap̄
ſemet ipſam n̄ ſufficit. q̄ ꝑ quot concupiſcencias rapitur,
ꝑ tot a ſemetip̄a ſp̄es diſſipatur. Et ſparſa minutius iacet.
que collecta ſi uellet ad ſumma conſurgeret. Vnde iuſ
torum mentes qui ꝑ cuſtodiam diſcipline a cunctorum in
ſibilium fluxus appetitu conſtringitur. collecta ap̄ ſemet
ipſam intrinſecus integratur. Qualit̄; deo uel ꝓximo. ēē
debeat. plene ſe conſpicit. q̄ nichil ſuum exterius delinq̄t.
Et q̄nto ab exortionibꝫ abſtracta compeſcit̄ tanto aucta iniu
ſimus inflammatur. Et q̄ magis ardet. eo ad dep̄henden
da uicia amplius lucet. hinc ē. enim quod ſcī uiri dum
ſe intra ſemetip̄os colligunt mira ac penetrabili acie
occulta ⁊ aliena delicta dep̄hendunt; Seq̄r; Cum temp̄
fuerit. in altum alas erigit; Quid enim alas huius ſtrucio
nis accipimus. n̄ ꝑſſas ſb tempore quaſi complicitas ypocrite
cogitationes? Quas cum tempus fuerit in altum eleuat.
q̄ opportunitate comperta eas ſuꝑbiendo manifeſtat. Alas
in altum erigere. ē. ꝑ effrenatam ſuꝑbiam cogitationes apꝑi
re; Nunc autem q̄ ſcm̄ ſe ſimulat q̄ in ſemet ip̄os ſtringit.
que c̄gitat: q̄ſi alas in corpore ꝑ humilitatem plicat. Sed
ypocrita, ⁊ nunc ſuas laudes appetat. ꝓmodum uitam
primorum ꝑmat. ⁊ q̄ndoq; ſe irriſione ſui conditoris
exerceat: ut quo elaciora ſemꝑ excogitat. eo ſe ſuppliciis
attrocioribꝫ immergat. Vnde ſubditur: Obliuiſcitur q̄ pes
conculcet ea. ⁊ beſtia ag̃ conterat; Tunc oua pes calcat. ⁊ beſ
tia ag̃ conterit. cum uita deſeruntur: q̄ uidel' humana
corda dum ſemꝑ t̄rena cogitare. ſemꝑ que ima ſunt age
re appetunt. ad conterendum ſe agri beſtie. i. diabolo ſternūt,
ut cum diu infima cogitatione abiecta ſunt: q̄ndoq; ⁊
maiorum criminum ꝑpetratione frangantur. Seq̄r; Durat̄

ad filios q̄ quaſi non ſunt ſui; Quaſi n̄ ſuos reſpicit, q̄s alit̄
uiuē q̄m docuit. ip̄a dep̄hendit, Sed dureſcente ſeuicia cū ꝑ
res admonet. ſeq; in eorum cruciatibꝫ exercet: atq; in ui
die facibꝫ inflammata quibꝫ n̄ laborauit ut poſſent
uiuere: laborant ut debeant interire. ypocrita ergo qui ꝑ
ſtrucionem intelligit̄. conſuetudo tal' ēē. ꝑhibetur: ut de nullo
alio curam habeat, ſ; de his que agit. in ſe glorietur: ⁊ ſibi ſoli
bonum q̄ agit. ꝑ ceteris aſcribat, De uultu-RIBUS.



Vultur a uolatu tar — A tardo volatu.
do nominat̄
putat̄; Mag
nitudine
quippe cor
poris ꝑcipite
uolatus n̄
hꝫ. Vultures — vultures ultra maria
autem ſic̄ — Aquile cadavera
⁊ aquile ⁊ — mortuorum sentiunt
ult̄ maria
cadauera
ſenciunt.

Altius quippe uolantes multa q̄ montium obſcuritate
celantur. ex alto illi conſpiciunt. Negantur enim uultures — vultures sine semine maris
indulgē concubitui. ⁊ coniugali uſu nuptialꝭ copꝰle ſorte miſce — vel masculo pa-
ri. atq; ita ſine ullo maſculorum concip̄e ſemine. ⁊ ſine con — riunt.
iunctione generare. natoſq; ex his in multam etatis longe
uitatem ꝑcedē. ut uſq; ad centum annos uite eorum ſerie — vivunt. 100. anos
ꝑducat̄. n̄ facile eos anguſti eui finis excipiat. Quid aiunt q̄
ſolent mirarię̄ miſteria cum audiunt q̄ uirgo generauit ⁊

Virginitas marie.

impossibilem innupte cuiusdam pudorem, nulla viri consuetudo temeratum existimant partum; Impossibile putatur in dei matre quod in vulturibus possibile non negatur. Avis sine masculo parit. et nullus refellit. et quia desponsata Maria virgo peperit. pudori eius faciunt questionem. Nonne advertimus quod dominus ex ipsa natura astrueret veritatem; Vultures mortem hominum signis quibusdam annunciare consueverunt. Quo indicio docti atque instructi sunt: ut cum bellum lacrimabile inter se adverse acies instruant. multo predicte volucres sequantur agmine et eo significent quod multitudo hominum casura sit bello. futura preda vulturibus;

nota

Semitam ignoravit avis. non intuitus est oculos vulturis; Item de vulturibus. Quis hoc loco avis nomine nisi ille signatur: qui corpus carneum quod assumpsit ascendendo ad ethera libravit? Qui apte quoque etiam vulturis appellatione exprimitur. Vultur quippe dum volat sublimius cadaver conspicit. ad esum se cadaveris deponit. et plerumque sic in morte capitur: dum ad mortuum animal de summis venit; Recte ergo mediator dei et hominum redemptor noster vulturis appellatione signatur. qui manens in altitudine divinitatis sue. quasi quodam volatu sublimi. cadaver mortalitatis nostre conspexit in infimis et sese de celestibus ad ima summisit. fieri quippe propter nos homo dignatus est. et dum mortuum animal petiit: mortem apud nos quam apud se erat immortalis invenit, Sed huius vulturis fuit ipsa intencio nostre resurrectionis. quia ipse ad triduum mortuus. ab eterna nos morte liberavit. Ille enim perfidus populus iudeorum mortalem vidit. sed quia morte sua mortem nostram destrueret: minime attendit, conspexit quidem vulturem: sed oculos vulturis non aspexit; Qui dum humilitatis eius vias. quibus nos ad alta sublevavit: considerare noluit semitam

Job 28. b. habetur
Semita ignoravit avis,
nec intuitus est oculus
vulturis.
Sic etiam interpretatur
lyra et glosa ordinaria

Proprietates 1a

Christus vultur.

Glosa ordinaria

humilitas Christi.

avis ignoravit. Neque enim pensare studuit. quod eius nos humilitas levaret ad celestia. et mortalis eius intencio reformaret ad vitam. Semitam ignoravit avis. nec intuitus est oculos vulturis. quia et si vidit eum quem in morte tenuit. videre noluit, quanta intencione gloria de eius morte sequeretur; Unde ad crudelitatem quoque persecutionis exarsit. verba vite percipere renuit: predicatores regni celorum prohibendo, seviendo, feriendo, repulit. Qui scilicet repulsi iudea, ad gentes missi fuerant deserentes: in gentilitatis collectione dispersi sunt. Sed et natura vulturis talis esse dicitur: ut per vulturem quisque peccator intelligi videatur. Vultur siquidem exercitum sequitur. ut mortuorum cadaveribus sacietur. quia peccator perversos homines qui sunt in exercitu diaboli sequitur. ut pravos eorum mores imitetur. Mortuorum cadaveribus vescitur. quia carnalibus desideriis que mortem generant: delectatur, Vultur etiam pedibus libenter graditur. unde et a quibusdam gradipes appellatur. quia terrena peccator amat. et terrenis inhiat. Quandoque etiam vultur in altum volat, quia peccator ad celestia mentem quandoque levat. sed qua intencione hoc faciat: alter ignorat. Quis enim intuetur oculos vulturis. id est intencionem cogitationis? hoc enim omnipotens deus reliquit. quia cogitationes hominum solus novit. Notandum est ut ait ysidorus a volatu tardo nominatur, Tarde enim cum volare ceperit a terra recedit. quia peccator aut vix. aut numquam terrena desideria derelinquit;

quilibet peccator intelligitur.

2a

3a vultur gradipes dicitur

4a

5a

6a

De Grue.



Crayne.

Grues de ipsa uoce nomen sumpserunt. Tali enim sono susurrant; De quibus meminisse oportet quoniam expeditiones suas dirigant. Sub quodam militie eunt signo, et ne pergentibus ad destinatam terram uis flatuum renitatur. Arenas deuorant. sublatisque lapillulis ad moderatam grauitatem saburrant. Tunc contendunt in altissima ut de excelsiori specula: intueantur quas petant terras. Hec autem dum properant: unam sequuntur litterato fidens meatu preit ceteras; Volatus desidia castigat. uoceque cogit agmen. Ea uero obraucata est: succedit alia. Ceterorum cura omnium perfatigatas adeo ut si qua defecerit congruant uniuerse lassatasque sustollant. usque dum uires otio recuperentur; Grues in nocte sollicitam exercent custodiam. Dispositos uigiles ternas et ceteris consortibus gregis quiescentibus: alie circueunt et explorant. ne qua ex parte insidie temptentur. atque omnem deferunt impigro sui uigore tutelam. Post uero uigiliarum fuerit tempus impletum: perfuncta munere in somnium se premisso clamore componunt ut excitet dormientem: cui uicem muneris traditura est. At illa uolens suscipit sortem. non usu nostro inuita et pigrior sompno renuntiat sed impigre suis excutitur stratis. uicem exequitur et quam accepit gratiam. pari cura atque officio representat. Ideo nulla desertio. quia deuotio naturalis. Ideo tuta custodia. quia uoluntas libera. Grues autem nocte excubias diuidunt: et ordinem uigiliarum per ordines et uices faciunt. tenentes lapillos. suspensis digitis quibus somnos arguant. Quod cauendum erit clamor indicat. Etatem in illis color prodit. nam senectute nigrescunt; Possunt autem per grues intelligere quoslibet discretos fratres qui communitatis fratribus temporalia

prouideant: et de singulis specialiter curam habent. ad obsequia fratrum pro posse suo uigilant. ut ab eis incursus demonum et accessus secularium prudenter repellant. Grues uero que ad hoc eliguntur ut pro aliis uigilent: in pede a terra suspenso lapillum tenent timentes ne si aliqua earum dormiat. lapsus a pede lapillus cadat. si autem cadat euigilans clamat; Lapis est Christus. pes: mentis affectus. Sicut enim aliquis pedibus incedit: sic mens suis affectibus quasi pedibus ad optata tendit; Siquis ergo ad custodiam sui uel fratrum uigilet. lapillum in pede id est in mente Christum portet. aut summopere caueat ne si in peccato dormierit. lapillus a pede id est Christus a mente recedat. Si autem ceciderit per confessionem clamet. ut dormientes excitet id est fratres tam per se quam pro eorum excessibus. ad uigilantiam circumspectionis inuitet. Etatem in illis color prodit. nam in senectute nigrescunt. Hinc enim color in senectute seni competit. cum pro peccatis plangendo gemit. Cum enim que male gessit senex commemoratur: in senectute colorem mutat; Mutat enim amorem pristine delectationis in dolorem contritionis; Ecce qualiter per naturam uolucrum doceri possit uita religiosorum;



De milo.

kyght

Miluus mollis est uiribus et uolatu. quasi mollis auis. unde et nuncupatur rapacissimus tamen. et semper domesticis auibus insidiatur. Sicut enim in libro ethimologiarum ysidori legitur. miluus a molli uolatu nominatur. Est et miluus mollis uiribus. Illos autem miluus significat quos mollices uoluptates temptant. Cadaueribus miluus uescitur: quia carnalibus desideriis uoluptuosi delectantur.

Circa quoquinas et macella miluus assidue uolitat, ut si quid crude carnis ab eis proiciatur foras: uelocius rapiat. Per hunc enim miluum eos nobis innuit, quos cura uentris sollicitos reddit; Qui ergo huius mundi sunt, uoluptuosa querunt, macella frequentant et coquinis inhiant. Miluus timidus est in magnis: audax in minimis; Siluestres uolucres rape non audet, domesticas autem insidiari solet; Insidiatur pullis ut illos rapiat, et quos incautos reppererit: uelocius necat. Sic molles et uoluptuosi teneros pullos rapiunt: quia simpliciores et indiscretos suis moribus aptant, et ad prauos usus pertrahunt; Super eos lente uolando incautos decipiunt, dum eos blandis sermonibus adulando seducunt. Ecce quorum uolucres que ratione carent peruersos homines et ratione intentos per exempla praue operationis docent;



De psitaco.

Sola india mittit auem psitacum colore uiridi, torque puniceo, grandi lingua et ceteris auibus latiore. Unde et articulata uerba exprimit, ita ut si eam non uideris: hominem loqui putes; Ex natura autem salutat dicens, aue uel kere; Cetera nomina institutione discit; Hinc est illud. Psitacus a uobis aliorum nomina discam. Hoc didici per me dicere. Cesar aue. Cuius rostri tanta duricia est ut cum e sublimi precipitatur in saxum: nisu oris se excipiat, et quodam quasi fundamento utatur extraordinarie firmitatis. Caput uero tantum ualens, ut si quando ad discendum plagis sit admonendum, nam studet ut quod ad homines loquatur: ferrea sit ferula uerberandus. Nam cum in pullo est atque adeo intra alterum etatis sue annum: que monstrata sunt et citius discit et retinet tenacius. Paulo senior: obliuiosus est et indocilis;

De natura ibis.



Est auis que dicitur ibis rostro suo purgans aluum. Hec serpentium ouis uescitur et morticinis, et ex eis gratissimum cibum pullis suis reportat. Nam in aqua ingredi timet, quia natandi naturam nescit. sed iuxta litus die noctuque obambulat. querens aut mortuos pisciculos. aut aliqua cadauera que ab aqua eiecta fuerint foras. Significat carnales homines qui mortiferis operibus quasi escis utuntur: quibus misere anime nutriuntur ad penam. Tu uero christiane qui aqua spirituque sancto renatus es: ingredere ad spirituales aquas misteriorum dei, et inde sume tibi mundissimos cibos quos enumerat apostolus dicens; fructus autem spiritus est. caritas. gaudium. pax. paciencia. longanimitas. et cetera. Nisi sol et luna extenderint radios suos: non lucent; Volucres nisi extenderint alas suas: uolare non poterunt; Sic ergo tu homo si te signo crucis non munieris: geminoque dilectionis alas non extenderis: ad quietissimum portum celestis patrie per medias huius mundi procellas transmeare non poteris, Denique cum moyses eleuaret manus suas: superabat israel. Cum uero remitteret manus suas: superabat amalech;

De yrundine.



Turtur ⁊ yrundo ⁊ cico
nia. cognouerunt ad
uent' ſui diem. Iſrł autem nō
cognouit iudicium domini.
De turture ſuꝑiuſ diximuſ.
reſtat autem ut de irundi
ne ⁊ ciconia p̄ ea diſſeram᷒.
ysi. yſodoruſ. hirundo dic
ta quod cibos n̄ ſumit reſidēs.
ſ; in aere eſcaſ capiat ⁊ come
dat; Garͬula auiſ ꝑ tortuoſoſ orbeſ ⁊ flexuoſoſ uolanſ circuit᷒
ꝑuolanſ. ⁊ in nidiſ conſtruendiſ. educandiſq; fetibꝫ ſoller
tiſſima h̄nſ etiam q̄dam p̄ſcium: qđ lapſura deſerat nec
appetat culmina; Adiriſ q; auibꝫ. n̄ impedit͛. n̄ umq̄m p̄da
eſt. maria tranſuolat ibiq; yeme commorat͛. hirundo
minuſcula auiſ corpore. ſ; egregie pio ſublimiſ affectu.
indiga rerum omnium. p̄cioſiores auro nidoſ inſtruit.
q̄ ſapienter nidificat. Niduſ enim ſapiēntie p̄cioſior. ē.
auro. Quid enim ſapientiuſ. q̄m ut uolandi uaga lib͛ta
te potiatur: ⁊ hominum domiciliiſ paruuloſ ſuoſ ⁊ tecta
commendet. ubi ſobolem nulluſ incurſ; Nam illud. ē. pul
crum ut a p̄mo ortu pulloſ humane uſu conuerſacioniſ
aſſueſcat; ⁊ p̄ſtet ab inimicarum auium inſidiiſ tucioreſ.
Tum illud p̄clarum. qđ quadratam domum ſibi ſine ullo ad
iutore tanq̄m artiſ ꝑita componit; legit enim feſtucaſ ore
eaſq; luto linit. ut glutinare poſſit. ſ; q̄ lutum pedibꝫ de
ferre n̄ p̄t. ſummitateſ pennarum aqua infundit. ut faci
le hiſ puluiſ adhereat. ⁊ fiat limuſ. quo paulatim feſtu
caſ uł minutoſ ſurculoſ ſibi colligat. atq; adherere faciat.
Eo genere nidi totiuſ fabricam ſtruit. ut q̄ſi pauimento

ſolo pulli eiuſ intra edeſ ſuaſ ſine offenſione uerſentur.
ne pedem aliquiſ interſerat primulaſ textarum. aut teneriſ
fetibꝫ frigus irrepat; Sꝫ hoc induſtrie officium ꝓpe cōmune mul
tiſ auibꝫ illud uero ſinglare in quo. ē. p̄clara cura. pietatiſ ⁊
prudenſ intellectuſ ⁊ cognitioniſ inſigne. tum q̄dam medicine
artiſ ꝑita qđ ſi q̄ pulli eiuſ fuerint cecitate ſuffuſi ocloſ ſiue
compuncti. h̄t q̄dam medendi genuſ q° poſſit eorum lumi
na intercepto uiſui reformare. ꝑ hirundinem ſic auctoritaſ
teſtat͛. aliq̄ndo ſupbia m̄tiſ. aliq̄n contricio contribulati cor
diſ intelligitur. Quod ꝑ yrundinem ſupbia deſignetur:
ꝑ tobiam d̄r; Cum iactaſſ; ſe inquid tobiaſ iuxta pariet̄e
⁊ obdormiſſ;: contigit ut ex nido yrundinum dormienti
illi calida ſtercora inſiderent ſup ocloſ eiuſ. fieretq; cec᷒; Vn̄
beda ſup tobiam; hirundo ꝓpt͛ leuem uolatum. ſupbiam
cordiſ leuitatemq; figurat. cui᷒ immundicia confeſtim excecat.
nec eum uidere ꝑmittit qualiſ fuerit. Quod autem ꝑ yrundin̄e
contricio cordiſ intelligi debeat. ꝓph͂a dicenſ demonſtrat; Sic
pulluſ yrundiniſ inquit ſic clamabo. Intelligimuſ ig͛ ꝑ yrū
dinem quemlibet diſcretum doctorem. ꝑ yrundiniſ pul
lum: clamantem diſcipulū. ꝑ clamorem: mentiſ contri
cionem; Clamat pulluſ yrundiniſ dum querit a ma
giſtro cibum p̄dicationiſ, Clamat pulluſ yrundiniſ. dū
ꝑ confeſſionem magiſtro manifeſtat affectum contriti cordiſ.
Si noſti clamorem yrundiniſ: ni fallor queſtum deſignat
anime penitentiſ; hirundo cibos reſidenſ non ſumit. ſ; in
aere q̄s capit eſcaſ. edit. q̄ qui t͛rena n̄ diligit. remotuſ a ter
reniſ celeſtia querit. Garrula auiſ eē d̄r q̄ querulosis oratio
nibꝫ ſepiuſ delectatur ꝑ flexuoſoſ circuituſ ꝑuolat. ut ad
u͛ſa obedientie p̄cepta. mentem ſubiectuſ flectat. In nidiſ
conſtruendiſ educandiſq; fetibꝫ ſollertiſſima; Nidum

construit: quia in fide dominice passionis spem futuram ponit; Sollers in educandis fetibus. id est in docendis subiectis fratribus; Habet et quoddam precium: quia deserat lapsura. non appetat culmina; Quoddam enim precium habent. qui vere penitent. quod casum presentis seculi fugiant: et permansura sine fine querunt; Hirundo aliis avibus non impetitur. nec umquam in preda est. Rapaces aves numquam yrundinem rapiunt. qui contrito corde demonibus numquam preda sunt; Yrundo maria transvolat. quia qui vere penitet amaritudines et tumultus huius mundi exire desiderat; Ibique hieme commoratur. Cum enim yemis ingruit et frigus accedit. tunc iustus ad calorem caritatis transit; Ibique patienter expectat. donec frigus temptacionis a mente recedat. Novit pia avis annunciare adventus sui testimonio: veris initium; Revertitur yrundo post frigus yemis: ut annunciet initium veris; Similiter iustus post frigus nimie temptacionis revertitur ad temperantiam moderate mentis. ubi quasi frigus temptacionis evaserit: ad estatem id est dilectionis amorem. moderate perfectionis sue boni operis accedat. Hec est ergo natura yrundinis. id est anime penitentis. que semper querit veris initium. quia in omnibus tenet discretionis et temperantie modum; Ecce qualiter simplex eos instruit: quos ab initio divina providentia discretos facit;



DE CICONIA.

Ciconie vocate a sono quo crepitant quasi cicanie que sonum oris potius est quam vocis. quia eum quatiente rostro faciunt. Hee veris nuntie societatis comites. serpentium hostes. maria transvolant. in asiam collecto agmine pergunt; Cornices duces precedunt. et ipse quasi exercitus prosequuntur. Eximia illis circa filios pietas. Nam adeo nidos impensius fovent. ut assiduo incubitu plumas exuant. Quantum autem temporis impenderint in fetibus educandis: tantum et ipse invicem a pullis suis aluntur. Ciconie sonum oris pro voce quatiente rostro faciunt. Illos autem portendunt qui cum fletu et stridore dentium que male gesserunt ore promunt; Hee sunt nuncie veris: quia tenuis demonstrant temperantiam conversionis mentis. Societatis sunt comites. quia libenter habitant inter fratres; Verum est et de ciconia: quod serpentium sit inimica; Serpentes sunt perverse cogitationes. sive pravi fratres. pungentis invectione quos ciconia in rostro perimit. dum tales pravas cogitationes restringit: vel perversos fratres pungenti invectione reprehendit; Maria transvolant in asiam collecto agmine pergunt. Asia interpretatur elevata. maria igitur transvolat et in asiam pergit. qui spretis mundi tumultibus ad altiora tendit; Eximia illis circa filios pietas. ut assiduo incubitu sibi eos exuant plumas; Assiduo incubitu super pullos ciconie plumas exuunt. quia dum prelati subiectos nutriunt: superfluitatis et levitatis a se plumas evellunt; Quantum autem temporis impenderint in fetibus educandis. tantum et ipse invicem a pullis suis aluntur; Quantum pulli eorum indigent tamdiu ciconie eos nutrire debent: quia quamdiu indigent discipuli. tam diu cibo doctrine debent eos alere prelati; Similiter subiecti prelatos suos laboribus fovere debent: ut eis ministrent necessaria quibus egent; Terretur ergo yrundo et ciconia illos reprehendunt. qui Christum in carne advenisse non credunt: et iudicium dominicum futurum non pertimescunt;



DE MERULA:

Ysidorus de merula; Merula antiquitus medula vocabatur, eo quod moduletur. Alii merulam aiunt vocatam, quod sola volat quasi mera volans. Et cum in omnibus locis nigra sit: in Achaia tamen candida est. Merula est avis parva sed nigra; Illos autem innuit quos peccati nigredo tingit. Merula dulcedine proprie vocis mentem movet et in affectum delectationis; Illos autem demonstrat figurate. quos voluptas carnis per suggestionem temptat. De ea siquidem beatus Gregorius in libro dialogorum scribit qualiter beato Benedicto volitans occurrit. Qualiter vir tantus post discessum volucris: temptatus fuit ardore libidinis. Ait enim; Quadam vero die dum solus esset. Benedicto temptator affuit; Nam nigra parvaque avis que vulgo merula vocatur: circa eius faciem volitare cepit. eiusque vultum importune insistere. ita ut capi manu posset; si hanc vir sanctus tenere voluisset; Sed signo crucis edito: recessit avis. Tanta autem temptatio carnis avi eadem recedente secuta est. quantam vir sanctus numquam fuerat expertus. Quandam namque aliquando feminam viderat quam malignus spiritus ante eius mentis oculos reduxit; Tantoque igne servi dei animum in specie illius accendit: ut se in eius pectore amoris flamma vix caperet. ut iam pene deserere heremum voluptate victus deliberaret. Cum subito superna gratia respectus: ad semetipsum reversus est. atque urticarum et veprium iuxta densa succrescere frutecta conspiciens. exutus indumento quo indutus erat. nudum se in illis spinarum aculeis et urticarum incendiis proiecit; Ibique diu volutatus toto ex eis corpore vulneratus exiit. et per cutis vulnera eduxit a corpore vulnus mentis. quod voluptatem traxit in dolorem; Merula igitur volitans: est suggestio voluptatem temptans. Quamque abicere cupiunt voluptatem merule. oportet ut exemplo beati Benedicti transeant ad correctionem discipline. et sic per delectationem mentis: exeant per afflictionem carnis. In regionibus

Achaie: sunt sicut ysidorus testatur candide merule. Candida merula: est voluntas munda. Achaia vero: soror laborans interpretatur. Due sorores sunt rachel et lia: activa scilicet et contemplativa vita. lia: laboriosa interpretatur; Activa vita docet elemosinas impendere. indiscretos docere. mundiciam castitatis habere. propriis manibus laborare; hec est labor active vite. Hec est soror laborans; Hec est achaia. videlicet activa vita; In achaia ergo qui merule candide sunt: qui in activa vita pure vivunt;



DE BUBONE.

Ysidorus de bubone; Bubo a sono vocis compositum nomen habet. avis feralis. onusta quidem plumis. sed gravi semper detenta pigricia in sepulcris die noctuque versatur: et semper commorans in cavernis. Unde rabanus; Bubo inquid. in tenebris peccatores deditos. et lucem iusticie fugientes significat; Unde inter inmunda~~na~~ animalia in levitico deputatur: Unde per bubonem intelligere possumus quemlibet peccatorem; Bubo a sono vocis dicitur quod os exabundantia cordis loquitur. nam quod cogitat intus: profert voce. Avis feda esse dicitur quod fimo eius locus in quo habitat commaculatur. quod peccator illos cum quibus habitat. exemplo perversi operis dehonestat. Avis onusta plumis. id est superfluitate carnis et levitate mentis. sed gravi quidem detenta pigricia. Detinetur inercia et pigricia gravi: quod peccatores ad bonum operandum sunt inertes et pigri. Die noctuque moratur in sepulcris. nam delectatur peccato: quod est fetor humane carnis. Habitat enim in cavernis non per confessionem exit foras. sed lucem veritatis odit; Ab aliis avibus visus. magnis earum clamoribus proditur. magnis et incur sionibus vexatur; Sic enim peccator ad lucem cognicionis veniat: magnis bona agentibus derisionis questum prestat; Et cum in peccato deprehensus aperte fuerit: ab aliis reprehensionis verba audit; plumas evellunt, et rostro lacerant: quia et carnales actus peccatoris bona agentes reprehendunt et superfluitatem dampnant; Infelix ergo dicitur. quia infelix est qui ea que prediximus operatur;



De hupupa.

Hupupam greci appellant. eo quod stercora humana consideret. et fetenti pascatur fimo avis spurcissima. et cristis extantibus galeata. semper in sepulcris et humano stercore commorans. cuius sanguine quisque se unxerit: dormiturum demones suffocantes se videbit; Unde rabanus. Hec avis sceleratos. peccatores significat homines qui sordibus peccatorum assidue delectantur. Hupupa id est luctum amare dicitur. quia scilicet tristicia mortem spiritus operatur. propter quod oportet eum qui diligit deum semper gaudere. et sine intermissione orare. in omnibus gratias agere. quia gaudium fructus spiritus est. De hupupa et phisiologus dicit quod cum senuerit et volare non possit. filii eius ad eam veniunt et pennas vetustissimas de corpore eius evellunt. eamque fovere non cessant. donec sic antea sumptis viribus evolare possit. Exemplum ergo pravis hominibus tribuunt. qui parentes suos cum senuerint a domibus propriis expellunt. qui eos cum deficiant sustentare renuunt. qui ipsos cum adhuc parvuli essent. educaverunt. Videat ergo homo racionabilis. quid patri vel matri debeat. cum irrationabilis cetera

tura quod prediximus in necessitate cum senuerint parentibus reddat;



De noctua.

Noctua dicitur. eo quod nocte circumvolat. et per diem non possit videre. Nam exorto splendore solis. visus illius hebetatur; Noctua autem non est bubo. Nam bubo maior est. Nicticorax ipsa est noctua. quia noctem amat. Est enim avis lucifuga. et solem videre non patitur. Hec avis figuram gerit iudeorum. qui veniente domino salvatore ad salvandos eos repulerunt eum: dicentes; Non habemus regem nisi cesarem. et plus dilexerunt tenebras quam lucem. Tunc dominus convertit se ad nos gentes. et illuminavit nos. sedentes in tenebris. et umbra mortis. de quibus dicitur. populus quem non cognovi servivit michi. et in alio propheta. Vocabo non plebem meam plebem meam. et non dilectam dilectam. De populo iudeorum filii alieni et cetera;



De vespertilio.

Vespertilio animal ignobile. a vespere nomen accepit; Est autem volatile. idemque quadrupes. et dentibus utitur. quos in aliis avibus reperire non soleas. Parit ut quadrupedia. non ova sed pullos viventes; Volitat autem non aliquo volatu pennarum sed membrane sue fulta remigio quo suspensa velud pennarum volatu circumfertur atque vegetatur. Habet illud vile animal quod sibi invicem adherent. et quasi specie botronis ex aliquo loco pendent.

ac si se ultima queque laxauerit: omnes resoluuntur. quod fit
quodam munere caritatis que difficile in hominibus huius
modi reperitur;



De gragulo.

Rabanus de gragulo.
Gragulus a garrulitate
nuncupatur. non ut quidam
uolunt. pro eo quod gregatim
uolent. cum sit manifes
tum. ex uoce eos nuncupa
ri; Hoc est enim loquacissimum
genus et uocibus importunum.
quod uel philosophorum uanam loquacitatem. uel hereticorum
uerbositatem noxiam significare potest. Potest adhuc et aliud di
ci. de natura garruli. Graguli enim garrulos designant et gu
losos; Qui enim gulositati student. post cibum libenter rumo
res referunt. et aures detractioni prebent; Gragulus in siluis degit.
de una arbore in aliam garriendo transit. quia garrulus homo
de his cum quibus habitat. etiam ea que celanda nouit. aliis
narrare non cessat; Gragulus cum aliquos intuitus conspicit. gar
rit. et cum aliquos occultos reppererit: similiter agit. quia garrulus homo
non tantum detrahit secularibus. sed et eis quos religionis occultat locus. Gra
gulus captus aliquando repositus clauditur. ut articulata uerba do
ceatur; Similiter cum aliquis secularis. ad conuersionem uenit. ut u
erba religionis addiscat. ut lingua uolucris uerba loquitur hominis. ut
qui inordinate loqui consueuerat: ordinate loqui hactenus
assuescat. Quandoque tamen euenit quod gragulus qui clausus tenebatur.
euadit. et qui prius garrulus fuerat: post egressionem magis clamat.
Eodem modo garrulus homo cum uitam religionis arripit: uix
linguam suam deserit. Sed si forte relicto habitu foras exierit. bonum
religionis in malam partem detrahendo quasi garriendo uertit;

Moneat quoque natura uolucris. quis recipi debeat. ad consortium
religionis: discretus quoque doctor. cum aliquem recipere debet. saltem enim
prius cohabitatione probet; A quodam uiro discreto et religio
so didici. quod sint quedam diuersitates hominum que uix ordinate
in religione possunt detineri; Si autem queras qui sint ut
uitari possint: hii sunt pictores. medici. ioculatores. et quidam
alii qui diuersas regiones discurrere sunt assueti. Huiusmodi
homines uix possunt esse stabiles. Ars pictoris ualde est delecta
bilis; Cum enim pictor ecclesiam. capitulum. refectorium.
uel aliquas pinxerit: ad aliud monasterium si ei concessum fue
rit: rogatus ab aliquo. causa pingendi transit; Opera que pingit in
pariete. sed utinam ea teneret in mente. Vestiret coloribus: exem
plo et moribus; Ars uero medicine multis indiget. et uix aut perfec
te caret; Qui hanc exercet: necesse est ei ut aromatibus et speciebus
habundet. Cum aliquis ecclesie uicinus infirmitate premitur.
medicus ut ad infirmum ueniat rogatur; Si autem abbas eum
ire non permiserit: iram incurrit; Medicus quoque uidet quod ordi
nate eum uidere non licet. tangit quod religioso tangere non conuenit.
Demcetris per experimenta loquitur: sed quia experimentum est fallax.
ideo sepe fallitur. Sed hoc religioso non expedit. quod non uera loquatur. Pro
mittit ecclesie sue lucrum si eat ad infirmum: si tacet scan
dalum. et anime sue dampnum. Nosti forsitan demona
cho medico. iusto nomine: sed utinam iusto operatione qui in
medicamine tres aureos absconderat. quid de eo beatus Gregorius di
cat; Qui licet ei in infirmitate subuenerit: incorrectione ei tamen non
pepercit. Fratres ante mortem ei loqui prohibuit: post mortem uero in ster
quilinio sepeliri iussit; Sic autem est absolutus post mortem:
pecunia tua tecum sit in perdicionem. Sed et ioculatores ante
conuersionem leues cum ad conuersionem ueniunt. sepius usi le
uitate. leuiter recedunt. Illi uero qui per diuersas regiones discurrere

sunt consueti si tedio claustri fuerint aggrauati: citius ad claustra regerunt. quia ceterarum diuersitates norunt.

DE LUCINIA:



Lucinia auis inde nomen sumpsit quod cantu suo significare solet surgentis exortum diei. quasi lucerna; Est enim peruigil custos cum oua quodam sinu corporis et gremio fouet. insompnem longe noctis laborem cantilene suauitate solatur. Vt michi uidetur hec summa eius est intentio. quomodo possit non minus dulcioribus modulis quam fotu corporis animare fetus. ouaque fouere. Hanc imitata tenuis illa mulier sed pudica. inclusum mole lapidem brachio trahens. ut possit alimentum panis suis paruulis non deesse. nocturno cantu mestum paupertatis mulcet affectum. et quamuis suauitatem lucinie non possit imitari: imitatur tamen eam sedulitate pietatis;

DE ANSERE



Anser uigilias noctis assiduitate clangoris: testatur. Nullum autem animal ita odorem hominis sentit ut anser; Vnde et clangore eius gallorum ascensus in capitolio deprehensus est. Vnde rabanus; Hic prouidos homines et erga custodiam suam bene uigilantes: significare potest; Anserum due sunt species. domestici uidelicet et campestres. Campestres in altum et ordinate uolant. illosque designant qui remoti a terrenis ordinem bene uiuendi seruant. Domestici uero in uicis simul habitant. multotiens conclamant. seipsos rostris lacerant; illos significant. qui et in conuentibus amant. loquacitati tamen et detractioni uacant; Campestres anseres omnes sunt colores cinericii. nec aliquam in earum uariam siue niueam uidi. In domesticis uero non solum habetur color cinericius: sed uarius uel albus. In campestribus habetur color cinericius. id est in his qui a seculo sunt remoti. penitentie uilis habitus. Hii uero qui in urbibus uel in uicis habitant. pulcrioris coloris uestem portant; Anser preceteris animalibus superuenientis hominis odorem sentit. quia discretus homo per bonam uel malam famam alios licet longe remotos: cognoscit. Cum igitur anser odorem superuenientis hominis sentit: nocte clamare non desinit. quia cum negligentias ignorantie discretus frater in aliis uidet: clamare debet. In capitolio quondam romanis profuit clamor anseris: et in capitolio cotidie cum negligentias uidit clamor discreti fratris. hostem repellit antiquum. Clamor anseris urbem romanam ab impetu hostium seruauit immunem: clamor discreti fratris ne turbetur a prauis. custodit uitam communem. forsitan diuina prudentia naturas uolucrum nobis non proponeret: nisi eas in aliquo nobis forte prodesse uellet.

DE ARDEA:

Heron



Ardea uocata: quasi ardua. propter altos uolatus. formidat imbres. et super nubes euolat. ut procellas nubium sentire non possit. Cum autem uolauerit: significat tempestatem. Hanc multi tantalum uocant. Vnde rabanus. Hec auis potest significare animas electorum. que formidantes perturbationem huius seculi. ne forte procellis persecutionum instigante diabolo inuoluantur: intentionem suam super omnia temporalia ad serenitatem patrie celestis, ubi assidue vultus dei conspicitur, mentes suas elevant. Licet ardea cibos in aquis querat, in silvis tamen et in altis arboribus nidum locat, quia iustus qui rebus labentibus et transitoriis seipsum pascit, in raris sublimibus spem ponit; Et cuius sustentatur transitoriis, eius anima delectatur eternis; Ardea pullos in nido rostro defendere nititur, ne ab aliis avibus rapiantur. Eodem modo iustus forti invectione percutit quos perversos ad decipiendum subiecto novit. Quedam vero earum habent colorem album, quedam cinereum; utrique tamen color in bonam partem ponitur: si per album mundicia, per cinericium penitentia designetur. Eiusdem enim generis sunt et qui penitent, et qui munde vivunt; Hec color ardee et modus vite exemplum salutis dat religiosis;

De sirena.



Sirene sicut dicit Physiologus mortifera sunt animalia que a capite usque ad umbilicum figuras hominum, extremas vero partes usque ad pedes volatilis habent. Et figura musica quoddam dulcissimum melodie carmen emittunt, ita ut per suavitatem vocis auditus hominum a longe navigantium demulceant et ad se trahant. Ac nimia suavitatis modulatione perlectant aures et sensus eorum et eos in somnum vertunt. Tunc demum cum viderint eos in gravi somno subito invadunt et dilaniant carnes eorum. Et sic persuasione vocis ignaros et incautos homines decipiunt et mortificant; Sic ergo decipiuntur qui in deliciis et pompis et voluptatibus delectantur, et comediis, tragediis, et diversis musicis melodiis dissoluti, velud in somno gravi totum mentis vigorem amittunt, et subito efficiuntur adversariorum audissime prede;

De cinnamolgo.



Cinnamolgus item Arabie avis perhibetur ita vocata, que excelsis nemoribus texit nidos ex fructibus cinnami; Et quoniam non possunt ibi homines conscendere propter ramorum altitudinem et fragilitatem, eosdem nidos plumbatis appetunt iaculis, et sic cinnama illa deponunt. Preciis amplioribus vendunt, eo quod hec cinnama magis quam alia mercatores probent;

De ercinea.



Ercinee aves dicte ab ercinio saltu Germanie ubi nascuntur. Quarum penne adeo ꝑ obscura emicant. ut q̄uis nox obtecta densis tenebris sit: ad ꝑsidium itineris dirigendi iacte interra. luceant cursusq; uite pateat indicio plumarum fulgentium;

De ꝑdice.



Perdix de uoce nomen h̄t. auis dolosa atq; inmunda. Nā masculus in masculum insurg̃ & obliuiscitur sexum libido p̄ceps. Adeo autem fraudulenta: ut alter alterius oua diripiat; Veruntamen fraus fructum n̄ h̄t; Nam dum pulli audiunt uocem ꝓpe genitricis naturali quodam instinctu. hanc que eos fouit relinquunt & ad eam q̄ eos genuit reuertuntur. Huiꝰ exemplum imitatus .ē. diaboꝰ qui generationem eterni conditoris rapere contendit. & si quos insipientes & sensu ꝓprii uigoris carentes. aliquo m̄ poterit congregare: fouet illos illecebris corporalibꝫ. Sꝫ ubi uox .x̄ᵢ. audita fuerit ab eis. sumentes s̄ alas spūales. ꝑ fide euolant. & se x̄o cōmendant;

Jtem de ꝑdicibus.



Concinnantur a ꝑdicibꝫ. munitione sollerti. Spineis enim fruticibꝫ receptus suos uestiunt. ut animalia que infestant arceantur aspis surculorum; Ouis stragulū puluis .ē. atq; clanculo reuertuntur. in indicium loci. cōuersatio frequens fatigat. plerumq; femine ōuehunt partes ut mares fallant. qui eos sepissime affligunt. inpatientius adulantes. Dimicant certa coniugibus. uictosq; credunt feminarum uice uenerem sustinere; Ipsas libido sic agitat. ut si uentus a masculis flauerit. fiant ꝑgnantes odore. Tunc si quis hominum ubi incubat appropinquabit. egresse matres sese uenientibꝫ sponte offerunt. & simulata debilitate uel pedum uel alarum q̄si statim capi possint: gressus fingunt tardiores; hoc mendatio illectant obuios & illudunt. quo ad pueri longius a nidis auocentur. Nec in pullis studium segnius ad cauendum. Cum uisos se ꝑsentiscunt resupinati glebulas pedibꝫ attollunt. quorum obtentu tam callide ꝓteguntur: ut lateant deprehensi;

De altione



Altion maritima auis .ē. que in litoribꝫ fetus suos edere solet. ita ut arenis oua sua deponat. medio fere hiemis; Nam ad temporis fouendi h̄t. deputatum partubꝰ. q̄n maxime insurg̃ mare. littoribꝫq; uehementior fluctꝰ illiditur. quo mag̃ repentine placiditatis sollempnitate auis huiꝰ eluceat gr̃a. Namq; ubi undosum fuerit mare positis ouis subito mitescunt. & omnes cadunt uentorum ꝓcelle. flatusq; aurarum mitescunt. ac placidum uentis stat mare. donec oua foueat altion sua. Septem autem dies fotus sunt. quibꝰ decursis educit pullos. fetusq; absoluit. Jlico alios quoq; vii. adiungit dies quibꝫ enutriat partus suos donec incipiant adolescere; Nec mireris tam exiguum nutriendi tempus cum absolutio fetuum tam paucorum dierum sit. Tantam autem gratiam minuscula avis divinitus indultam habet. ut hos .xiiii. dies nautici presumpte serenitatis observent. quos et alcionidas vocant. quibus nullus motus procellose tempestatis horrescat;

DE FULICA.



Est volatile fulica satis intelligibile et prudentissimum animal. cadavere non vescitur. nec aliunde pervolat. sive oberrat. sed in uno loco commoratur et permanet usque in finem. et ibi escam suam habet et requiescit. Sic ergo omnis fidelis se conservet et vivat. non huc atque illuc per diversa oberrans circumvolet sicut faciunt heretici. non desideriis secularibus et voluptatibus delectetur. sed semper in uno loco se contineat et quiescat in ecclesia chatholica. ubi dominus habitare facit unanimes in domo ibique habeat cotidianum victum suum. id est panem inmortalitatis potum vero preciosum sanguinem Christi. reficiens se super mel et favum suavissimis eloquiis domini;

De Fenice.



Fenix arabie avis dicta quod colorem feniceum habeat. vel quod sit in toto orbe singularis et unica. hec quingentos ultra annos vivens. dum se viderit senuisse. collectis aromatum virgultis. rogum sibi instruit. et conversa ad radium solis alarum plausu voluntarium sibi incendium nutrit. seque urit. postea vero die nona avis de cineribus suis surgit. Huius figuram gerit dominus noster ihesus christus. qui dicit. potestatem habeo ponendi animam meam et iterum sumendi eam; Si ergo fenix mortificandi atque vivificandi se potestatem habet. cur stulti homines irascuntur in verbo dei qui verus dei filius est. qui dicit. p.h. Descendit namque salvator noster de celo alas suas suavitatis odoribus novi et veteris testamenti replevit. et in ara crucis seipsum deo patri pro nobis obtulit. et tertia die resurrexit.

DE FENICE.



Fenix etiam potest significare resurrectionem iustorum. qui aromatibus virtutum collectis. restaurationem prioris vigoris post mortem sibi preparant. Fenix est arabie avis. arrabia interpretatur campestris. Campus est hic mundus. Arrabia est secularis vita. Arabes seculares. Arabes fenicem appellant singularem. Singularis est quilibet iustus. a curis secularibus omnino remotus. Fenix quoque avis in locis arabie perhibetur degere atque eam usque ad annos quingentos longeva etate procedere. Que cum sibi finem vite esse adverterit. facit sibi techam de ture et mirra. et ceteris odoribus in quam impleto vite sue tempore initiat et moritur. De cuius humore carnis vermis exurgit, paulatimque adolescit, ac processu statuti temporis induit alarum remigia, atque in superioris avis speciem formamque reparatur. Docet nos igitur haec avis vel exemplo sui resurrectionem credere, quae et sine exemplo et sine rationis perceptione ipsa sibi insignia resurrectionis instaurat. Et utique aves propter homines sunt, non homo propter avem. Sit igitur exemplum nobis quia auctor et creator avium sanctos suos in perpetuum perire non passus est, resurgentem eam sui semine voluit reparari. Avis igitur huic annuntiat diem mortis, ut faciat sibi thecam et impleat eam bonis odoribus atque ingrediatur in eam et moriatur illic, ubi odoribus gratis fetor funeris possit aboleri. Fac et tu homo tibi thecam et exspolians te veterem hominem cum actibus suis novum indue. Theca tua et vagina tua Christus est, qui te protegat et abscondat in die malo. Vis scire quia theca protectio est? Faretra inquit mea protexi eum. ~~Vis scire.~~ Theca igitur tua est fides. Imple eam bonis virtutum odoribus tuarum, hoc est castitatis, misericordiae atque iustitiae. Et in ipsa penetralia fidei suavis factorum praestantium odore redolentia totus ingredere. Quae te amictum fide exitus vitae huius inveniat, ut possint ossa tua pinguescere, et sint sicut hortus ebrius, cuius cito semina suscitantur. Cognosce ergo diem mortis tuae, sicut cognovit et Paulus qui ait: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, reposita est mihi corona iustitiae. Introivit ergo in thecam suam quasi bonus fenix, quam bono replevit odore martirii. Sic ergo fenix incenditur, sed exeuntis cinere fenix iterum nascitur vel procreatur. Cum ergo fenix moritur, et ex eius cinere fenix iterum nascitur, hoc exemplo agitur ut futurae resurrectionis veritas a singulis fieri credatur. Non est maius miraculum fidelis futurae resurrectionis quam ex cinere facta resurrectio fenicis;

Ecce volucrum natura simplicibus resurrectionis argumentum praestat, et quod scriptura praedicat, opus naturae confirmat;

DE CALADRIO.



Caladrius, sicut dicit Phisiologus, totus est albus, nullam partem habens nigram; cuius interior fimus curat oculorum caliginem. Hic in atriis regum invenitur. Si quis est in egritudine, ex hoc caladrio cognoscitur si vivat aut moriatur. Si ergo est infirmitas hominis ad mortem, mox ut viderit infirmum, avertit faciem suam ab eo, et omnes cognoscunt quia moriturus est. Si autem infirmitas eius pervenerit ad vitam, intendit in faciem et assumit omnem egritudinem hominis intra se, et volat in aera contra solem, et comburit infirmitatem eius et dispergit eam, et sanatur infirmus; Caladrius habet personam salvatoris nostri. Totus est candidus dominus noster, nullam habens nigredinem, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius; Veniens autem dominus de excelsis avertit faciem suam a Iudeis propter incredulitatem illorum, et convertit se ad nos gentiles, tollens infirmitates nostras et peccata nostra portans, exaltatus in lignum crucis, et ascendens in altum captivam duxit captivitatem dedit dona hominibus; Sed et cotidie predictus caladrius infirmitates nostras visitat: mentem per confessionem considerat et eos sanat: quibus gratiam penitendi prestat. Ab illis vero faciem avertit quorum cor impenitens novit. Istos respuit: sed illos in quos faciem intendit. sanos reddit. Sed dicis quia caladrius secundum legem immundus est. nec Christo assimulari non debet. Iohannes tamen de deo dicit. Quia sic moyses exaltavit serpentem in deserto. i. e. o. f. h. Et in lege dictus est. prudentior omnibus bestiis serpens; Leo et aquila immunda sunt. et tamen Christo assimulata sunt. secundum decus regale quia leo rex ferarum est et aquila volatilium;

De coturnice.



Coturnices a sono vocis dicte quas greci ortigias vocant eo quod vise fuerint primum in ortigia insula. Hee advenienti habent tempora; Nam estate depulsa: maria transeunt. ortigometram dicunt que gregem ducat. Hanc terre propinquantem: accipiter videns rapit. Ac propterea cura est universis. ducem sollicitare generis externi. per quam caveant prima discrimina. Cibos gratissimos semina venenorum habent. quam ob causam veteres eas vesci interdixerunt. Solum enim hoc animal sicut et homo caducum patitur morbum; Coturnices advenienti habent tempora. nam maria transmeant. estate depulsa, calore estatis: est ardor caritatis. frigus hiemis: est temptatio refrigerate mentis. Ab amore proximi: per mare mundi huius transmeat iustus ad amorem dei. ut in calida regione semper maneat: qui semper calore dilectionis in se metipso flagrat ut vitet frigus yemis: procellas videlicet et ventos impulse temptationis. Ortigometra dicitur que gregem ducit eam terre propinquantem accipiter videns rapit. Terra. sunt terrena desideria. Maria. mundi pericula. Accipiter insidians: diabolus per suggestionem temptans. Propinquantem ergo terre. accipiter videns rapit. quia eos qui terrena querunt diabolus secum trahit. Prelatus ergo qui gregem antecedit. diligenter provideat. qua intentione terrena petat. utrum in suos usus ea redigat. vel ad necessitatem fratrum ea querat. ne accipiter. i. diabolus eum rapiat. qui postpositis spiritualibus: terrenis inhiare non cessat. Propterea cura est universis ducem sollicitare generis externi per quem caveant prima discrimina. Duo sunt genera hominum. bonorum videlicet et malorum. Generis externi. sunt homines perversi. Iusti ergo perversos sibi preponunt dum casus et eventus eorum diligenter attendunt. Dum hec ergo attente considerant prima peccandi discrimina considerando vitant. Hec avis sicut homo caducum morbum patitur. quia spiritualis homo sicut et carnalis aliquociens peccare probatur. Et quociens peccat moritur. quia ei penitendi gratia non negatur. Unde scriptum est. Septies in die cadit iustus. nec tamen desinit esse iustus. Quociens enim peccat iustus: tociens adicit ut resurgat.

De cornice.

Cornix annosa avis apud latinos greco nomine appellatur. Quam aiunt augures hominum curas significationibus agere. insidiarum vias monstrare futura predicere. Magnum nefas hoc credere est. ut deus consilia sua cornicibus mandet; Huius inter multa auspicia tribuunt. et pluvias portendere vocibus. Unde est illud. Tunc cornix ple nam pluviam vocat improba voce. Discant homines amare filios ex usu et pietate cornicum. Que volantes filios comitatu sedulo prosequuntur, et sollicite ne teneri forte deficiant, cibum suggerunt,



ac plurimo temporis spacio nutriendi officia non relinquunt. At vero femine nostri generis cito ablactant etiam illos quos diligunt, et que ditiores sunt lactare fastidiunt. Pauperiores si fuerint abiciunt parvulos et exponuntur, et deprehensos abnegant. Ipse quoque divites ne per plures suum patrimonium dividatur, in utero proprios necant fetus, et parricidalibus succis in ipsa genitali alvo pignora sui ventris extingunt, priusque aufertur vita quam traditur. Quis docuit nisi filios homo abdicari? Quis repperit tam inmitia patrum iura? Quis inter nature fecit consortia fratres impares? Uni divitias filii diverse sorti cedunt. Alius totius paterne sortis ascriptionibus inundatur, alius opulente hereditatis patrie deplorat exhaustam atque inopem portionem; Numquid natura divisit merita filiorum? Ex pari omnibus tribuit, quod ad nascendi et vivendi possit habere substantiam; Ipsa vos doceat non discernere patrimonio, quos titulo germanitatis equastis. Et enim quibus dedistis communiter esse, quod nati sunt, non debetis his ut communiter habeant, id quod una substituti sunt ludere,

DE CIGNO.



Olor avis quam greci cignum vocant. Olor autem dictus quod sit totus albis plumis. Nullus enim meminit cignum nigrum. Olor enim grece totus dicitur. Cignus autem a canendo est appellatus, eo quod carminis dulcedinem modulatis vocibus fundit. Ideo autem suaviter eum canere dicunt, quod collum longum et inflexum habeat, et necesse est eluctantem vocem per longum et flexuosum iter varias reddere modulationes; Ferunt autem in hyperboreis partibus precinentibus citharedis, olores plurimos advocari, apteque admodum concinere. Olor autem latinum est nomen, nam greci cignus dicunt. Naute vero sibi hunc bonam prognosim facere dicunt. Sicut Emilianus ait. Cignus in auspiciis semper letissimus ales. Hunc optant naute quia se non mergit in undis. Cignus plumam habet niveam, sed carnem nigram; Moraliter color niveus in plumis designat effectum simulationis qua caro nigra tegitur. quia peccatum carnis simulatione velatur. Cignus dum in flumine natat, cervicem capitis erectam gestat. quia superbus qui cum rebus transitoriis trahitur, in labentium rerum possessione ad tempus gloriatur. Ferunt in hyperboreis partibus precinentibus citharedis olores plurimos advolare, apteque admodum concinere quia qui voluptatibus totis desideriis inhiant, quasi advolantes

uoluptuosis concordant. Sed et in extremis cum cignus
moritur: ualde dulciter moriens canere perhibetur;
Similiter cum de hac uita superbus egreditur. adhuc dulcedine
presentis seculi delectatur et que male gessit ad memoriam
moriens reducit. Cum uero pluma niuea cignus exuitur:
in uerum potius ad ignem torretur. Similiter cum di
ues superbus moriens exuitur mundana gloria. descendet
ad flammas inferni cruciabitur per tormenta: et qui ci
bum querere consueuerat nimis. in abissum descendens
fit cibus ignis; DE ANATIBUS.



Anas ab assidu
itate natandi no
men aptum accepit.
Ex quo genere quedam
germane dicuntur. quod plus
ceteris nutriant. Anser
nomen anas dedit per
diriuationem. uel a si
militudine uel quod ipsa
natandi frequentiam habeat. Iste uigilias noctis clan
goris assiduitate testatur. Nullum autem animal ita
odorem hominis sentit ut anser. Unde et clangore eius gal
lorum ascensus in capitolio deprehensus est. Omnium autem
genera uolucrum bis nascuntur. primum enim oua gig
nuntur. in calore materni corporis formantur et animan
tur. Oua autem dicta ab eo quod intrinsecus humore
sit plena. Nam humidum est quod exterius humorem
habet. uuidum quod interius. Quidam autem putant
ouum grecam habere originem nominis. Illi enim
dicunt. oa. u. littera ablata. Oua autem quedam in

---

ani uento concipiuntur. Sed tamen non sunt generabilia nisi
que fuerint concubitu masculino concepta. et semi
nali spiritu penetrata. Ouorum uim tantam dicunt ut
lignum perfusum eo non ardeat. ac ne uestis quidem contacta
aduratur. Admixta quoque calce glutinare fertur ui
tri fragmenta; DE PAVONE.



Pauo
nomen
de sono uo
cis habet. cuius
caro tam
dura est. ut
putredinem
uix sentiat.
nec facile coquatur. de quo quidam sic ait. Miraris quo
tiens gemmantes explicat alas. si potes hunc seuo tradere dura
coco; Classis salomonis per mare semel per tres annos ibat in
tharsis. deferens inde aurum et argentum. dentes elefan
torum et simias et pannos. Tharsis interpretatur exploratio
gaudii. Est autem gaudium presentis seculi est et futuri.
Gaudium presentis uite. fine clauditur; Gaudium uero
future: nequaquam fine terminatur; Gaudium presentis
uite: dolor et tristicia sequitur; Gaudium uero future: non
dolor non tristicia subsequetur. Gaudium presentis seculi est
honoribus sublimari: rebus transitoriis ad tempus per
frui. habundare parentum copia. et eorum delectari
presentia. Cum autem aliquis priuatur honoribus spoliatur
rebus. cum aliquis amicorum moritur: tunc dolor sequitur.
hoc gaudium quod semper doloribus inmiscetur. Per tres annos
semel classis salamonis per mare mittitur in tharsis. Classis

salomonis. est uirtus confessionis. Hac classe per huius mun-
di mare uehimur: ne submergamur. In tharsis ergo mitti-
mur: que in aurum et argentum dentes elepantorum
simias et pauos deferre perhibetur. Aurum et argentum
in tharsis. esse. dicitur. i. uiri sapientia clari. eloquentia periti. Qui
dum presentis seculi gaudium implorant et exquirunt. seipsos
cognoscunt. et dum per classem salomonis de tharsis ad
ierusalem ueniunt: in pace ecclesie per confessionem puriores
fiunt. De hoc auro purissimo fecit rex salomon scuta aurea
Scuta aurea sunt: qui pure uiuunt. et alios ab incursu
diaboli defendunt. Ex predicto et argento fiunt tube argen-
tee. i. doctores ecclesie. Attulit et simias et pauos. i. derisores et
delicatos ut qui in tharsis derisores et delicati fuerant. in
pace conuersionis humiles existant. Attulit et classis salo-
monis dentes elefantorum detractiones superborum. Dum
enim uerbis bonis operibus simplicium detrahunt: quasi denti-
bus eorum ossa rodunt. Nota quod dentes elefantis. materia fiunt
eboris. Et de materia eboris. fit tronus salomonis. Qui enim ra-
pina uiuere consueuerant. subiecti uero salomoni seipsos postea
sedem parant; Per tres annos semel classis salomonis. ire con-
sueuerat in tharsis. Primus annus moraliter. est. cogitatio.
Secundus locucio. tercius operatio. Cum ergo de his tribus simul confessio
agitur: quasi a seruis salomonis per tres annos semel in tharsis itur.
Sed et iosaphat rex iuda sicut ystoria dicit classes in mari fecit.
que nauigarent in ophir propter aurum. ire non potuerunt.
quia confracte sunt in asiongab; Iosaphat iudicans. iudas
confessio interpretatur; Iosaphat autem rex iuda esse dicitur. quia iudici-
um confessionis dominatur. Cum enim peccator in confessione
seipsum iudicat: tunc rex iosaphat in iudea regnat. Ophir
uero herbosum interpretatur. herbosa terra dicitur que ab aliquo non

elaboratur. Que uestitur habundantia graminis: ut moue-
at affectum. delectationis; In hoc herboso uoluptuosi sedent.
desidiosi iacent; Sedent assiduitate: iacent disolucio-
ne. Hoc herbosum. est. hic mundus sterilis et fecundus. In
ophir ergo classis iosaphat ire propter aurum nititur: ut dum
mundi casus attenditur: mentis puritas adquiratur. Sed
cum agitur in asiongab classis iosaphat fracta fuisse perhibetur.
Gab sicut ieronimo dicitur: iuuenis siue fortis interpretatur. Non ergo
mirum si classem confessionis frangat impetus iuuentu-
tis. Quoniam de premissis plura diximus: restat ut de pauone
de quo agere intendimus. aliquid postea dicamus; Pauo
sicut ysidorus dicit: a sono uocis nomen accepit. Cum enim
ex inpulso. clamare cepit: pauorem subitum audientibus
incutit. Pauo ergo a pauore dicitur. cum per uocem eius pauor
audientibus inferatur. Pauo dum in tharsis habitat: de-
licatos designat. Cum uero per classem in ierusalem delatus fuerit.
doctorum predicancium figuram gerit. Duras habet car-
nes et putredini resistentes. que uix a coco coquantur fo-
co. uel a calore epatis coqui possint in stomacho; Tales sunt
doctorum mentes quos nec flamma cupiditatis exurit: nec
calor libidinis attendit. Habet pauo uocem terribilem: inces-
sum simplicem. caput serpentinum: pectus saphirinum.
Habet et in alis plumas. aliquantulum rufas; Habet et caudam
longam: et ut ita dicam. quasi oculis plenam, Habet pauo uo-
cem terribilem quando predicator minatur peccatoribus inextin-
guibilem gehennem ignem; Simpliciter incedit quo-
ciens in operibus suis humilitatem non excedit; Habet caput ser-
pentis dum captum mentis tenetur sub custodia calli-
de circumspectionis. Color uero saphirinus in pectore: celes-
te desiderium designat in mente. Color subrubeus in

pennis: amorem designat contemplationis. longitudo
caude: longitudinem innuit future uite. Quod aūt
q̄ oc̄los in cauda h̄t. ad hoc ptinet ꝙ unusquisq; doc
tor p̄uidet. ꝙ periculum in fine singulis imminet. Est ī
cauda color uiridis. ut initio conueniat finis. Varietas
ḡ colorum designat diuersitatem uirtutum. Nota ē. ꝙ
pauo dum laudatur caudam erigat. ꝙ prelatus quilibet
adulantium laudibꝫ p uanam glām mentem leuat. Pen
nas in ordine ponit ꝙ quicquid doctor ag̃ se ordinate fecis
se c̄dit. Cū autem caudā erig̃: posteriora nudantur. ⁊ sic
qͦd laudat᷑ in ope: deridet᷑ in elatiōe. Oportet ḡ ut pauo
caudā submissam gerat: sic q doctor ag̃: cū humilitate fiat.

D E A Q V I L A.

Aquila ab acumine oculorum uocata. tanti enim dr̄
ēē contuitus ut sup maria inmobili penna fe
ratur nec humanis pateat obtutibꝫ de tanta sublimi
tate pisciculos natare uideat ac tormenti instar descen
dens. raptam p̄dam pennis ad litus p̄trahat. Cum uero
senuerit: grauantur ale ipsius ⁊ obducuntur caligine
oculi eius. Tūc querit fontem ⁊ contra eum euolat ī
altum usq; ad aerem sol: ⁊ ibi incendit alas suas. si
milit᷑ ⁊ caliginem oculorum exurit in radio sol. Tunc
demum descendens in fontem trina uice se mergit.
⁊ statim renouatur in multo uigore alarum. ⁊ splen
dore oculorum. Sic ⁊ tu homo qui uestimentum habes
uetus. ⁊ caligant oculi cordis tui. quere spualem fontē
dn̄i & eleuantis oc̄los ad dm̄ q̄ ē. fons iustitie ⁊ tunc reno
uabitur sic aquile iuuentus tua. Asseritur quoq; ꝙ
pullos suos radiis sol obiciat. Et in medio aeris ungue
suspendat. Ac siquis repercusso sol lumine intrepidā



oculorum aciem in offenso intuendi uigore seruauerit. is
probatur ꝙ ueritatem nature demonstrauit. Qui uero lu
mina sua radio sol inflexerit. q̄si degener ⁊ indignus tan

to patre reicitur nec estimatur educatione dignus. qui fuit indignus susceptione; Non quod eum acerbitate nature, sed iudicii integritate condempnat. Et qui suum abdicat, sed quasi alienum recusat. Hanc tamen ut quibusdam videtur regalis avis inclementiam, plebeie avis excusat clementia. Avis cui nomen fulica est, que grece dicitur fene, susceptum illum sive abdicatum, sive non agnitum aquile pullum cum sua prole conectit atque intermiscens suis, eodem quo proprios fetus materne sedulitatis officio, et pari nutrimentorum subministratione pascit et nutrit; Ergo fene alienos nutrit. nos vero nostros inimici crudelitate perimus. Aquila enim si perimit, non quasi suum perimit, sed quasi degenerem non recognoscit. nos quod peius est, quos nostros recognoscimus abdicamus; Item.

Aquile vocabulo in sacra scriptura aliquando maligni spiritus raptores animarum, aliquando presentis seculi potestates. Aliquando vero vel subtilissime sanctorum intelligentie vel incarnatus dominus ima celeriter transvolans et mox summa repetens designatur. Aquilarum nomine insidiatores spiritus exprimuntur, Iheremia attestante qui ait, Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis celi. Persecutores enim nostri aquilis celi velociores sunt: cum tanta contra nos maligni homines faciunt. ut ipsas quoque aerias potestates inventionibus malitie prevenire videantur; Aquile vocabulo potestas terrena figuratur. Unde per Ezechielem prophetam dicitur. Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis et varietate venit ad libanum: et tulit medullam cedri, et summitatem frondium eius evulsit. Que videlicet aquila. quis alius quam Nabugodonosor rex babilonie designatur. Qui pro universitate exercitus magnarum alarum, pro diuturnitate temporum longo membrorum

ductu, pro multis vero divitiis plenus plumis, pro innumera autem terrene glorie compositione plena varietate describitur. Que venit ad libanum et tulit medullam cedri. et summitatem frondium eius evulsit. quia iudee celsitudinem petens, nobilitatem eius regni. quasi medullam cedri abstulit. Et dum tenerrimam regum prolem a regni sui culmine captivando sustulit. quasi summitatem frondium eius evulsit; Aquile vocabulo: subtilis sanctorum intelligentia exprimitur, Unde isdem propheta dum sub animalium specie evvangelistas .iiii. se vidisse describeret: in eis quartum animal .i. iohannem significans qui volando terram deseruit quia per subtilem intelligentiam interna misteria verbum videndo penetravit; Similiter quoque adhuc terrena mente deserunt: velud aquila cum iohanne per contemplationem petunt celestia; Item beatus Gregorius de aquila. Sicut aquila volans ad escam. Mos quippe aquile, ut irreverberata acie radios solis aspiciat. Sed cum refectionis indigentia urgetur: eandem oculorum aciem. quam radiis solis infixerat. ad respectum cadaveris inclinat. Et quamvis ad alta evolet pro sumendis tamen carnibus terram petit. Sic videlicet sic antiqui patres fuerunt, qui in quantum humanitatis infirmitas admittebat. creatoris lucem erecta mente contemplati sunt; Sed incarnandum hunc in mundi fine prescientes. quasi a solis radiis ad terram oculos deflexerunt. et quasi de summis ad ima veniunt. dum deum super omnia: et hominem inter omnia agnoscunt; Quem pro humano genere dum passurum moriturumque conspiciunt. q. s. morte semetipsos refici atque reformari. ad vitam noverunt. quasi more aquile post contemplatos radios solis in cadavere escam querunt. Aliter. Sicut aquila volans ad escam. Aquila enim alte valde volatu suspen dicitur: ad uisu ꝑeti ab ethre libratus. sed per appetitum uentris escam expetit seseque a sublimibus repente deorsum fundit. Sic sic humanum genus in parente primo ad ima de sublimibus corruit. quod nimirum condicionis sue dignitas in racionem in celsitudinem. qui in aeris libertate suspenderat; Sed quia contra preceptum cibum contigit. per uentris concupiscenciam ad terras uenit. et quasi post uolatum carnibus pascitur. quia illa libera contemplacionis inspiracula perdidit. et deorsum corporeis uoluptatibus letatur. Item de aquila: Renouabitur ut aquile iuuentus tua; Solet de aquila dum senectute premitur. quod rostrum illius aduncetur. ita ut sumere cibum nequeat sed macie languescat; Veniens ad petram rostrum acuit. et sic cibum capiens. iterum iuuenescit. Petra est Christus. aquila quilibet iustus. qui ad petram rostrum acuit. dum seipsum Christo per bonam operacionem conformem reddit.

DE APIBUS.



Apes dicte. uel quod se pedibus alligent. uel pro eo quod sine pedibus nascuntur. Nam postea et pedes et pennas accipiunt. He sollertes in generandi mellis officio assignatas incolunt sedes. domicilia inennarabili arte componunt. ex uariis floribus condunt; Textisque ceris innumera prole castra replent. exercitum et reges habent. prelia mouent. fumum fugiunt. tumultu exasperantur. Has plerique experti sunt de boum cadaueribus nasci; Nam pro his creandis uitulorum occisorum carnes uerberantur. ut ex putrefacto cruore uermes creentur. qui postea efficiuntur apes. proprie tamen apes uocantur orte de bobus. sicut crabrones de equis. fuce de mulis. uespe de asinis. Castros greci appellant qui in extimis fauorum partibus maiores creantur. quos aliqui reges putant dici quod castra ducant; Sole apes in omni genere animancium. commune in omnibus sobolem habent. unam omnes colunt mansionem. unius patrie clauduntur limine. in commune omnibus labor. communis cibus. communis operacio. communis usus et fructus est. communis uolatus; Quid plura? communis omnibus generacio. integritas quoque corporis uirginalis. omnibus communis et partus. quia nec inter se ullo concubitu miscentur. nec libidine resoluuntur. nec partus quatiuntur doloribus. et subito maximum filiorum examen emittunt. foliis atque herbis ore suo prolem legentes. Ipse sibi regem ordinant. ipse populos creant. et licet posite sub rege sunt tamen libere. Nam et prerogatiuum iudicii tenent. et fide deuocionis affectum. quia et tamquam a se substitutum diligunt. et tanto honorant examine; Rex autem non sorte ducitur. quia in sorte euentus est non iudicium; Et sepe irracionabili casu sortis melioribus ultimus quisque prefertur. Apibus autem rex nature claris formatur insignibus ut magnitudine corporis prestet. et specie; Tum quod in rege precipuum est: morum mansuetudine. Nam et si habet aculeum. tamen eo non utitur ad uindicandum. sunt enim leges nature non scripte litteris sed impresse moribus ut leniores sint ad puniendum qui potestate maxima potiuntur. Sed et apes ille que non obtemperauerint legibus regis penitentie condempnatione se multant, ut immoriantur aculei sui uulnere. Quod Persarum populi hodieque seruare dicuntur, ut pro commisso pretio ipsi in se pene mortis exequantur sententiam. Itaque nulli sic regem, non Perse qui grauissimas in subditos habent leges, non Indi, non populi Sarmatarum, tanta quanta apes reuerentia deuotionis obseruant, ut nulle e domibus exire audeant, nec in aliquos procedere pastus, nisi rex fuerit primo egressus et uolatus sibi uindicauerit principatum. Processus est autem per rura redolentia, ubi inhabitantes orti floribus, ubi fugiens riuus per gramina, ubi amena riparum. Illic ludus alacris iuuentutis, illic campestre exercitium, illic curarum remissio. Operis ipsius suaue de floribus, de herbis dulcibus, fundamina castrorum prima ponuntur. Quid enim aliud est fauus nisi quedam castrorum species? Denique ab his presepibus apium fucus arcetur. Que castra quadrata tamen possunt habere artis et gratie, quantum habent crates fauorum, in quibus minute atque rotunde cellule connexione sui inuicem fulciuntur. Quis architectus eas docuit exagona illa cellularum indiscreta laterum equalitate componere, ac tenues inter domorum septa ceras suspendere, stipare mella, et intexta floribus horrea nectare quodam distendere? Cernas omnes certare de munere, alias inuigilare querendo uictum, alias sollicitam castris exhibere custodiam, alias futuros explorare imbres et speculari concursus nubium, alias de floribus ceras fingere, alias rorem infusum floribus ore colligere. Nullam tamen alienis insidiari laboribus et raptu uitam querere. Atque utinam raptorum insidias non timerent; Habent tamen spicula sua et inter mella fundunt uenenum si fuerint lacessite, animasque ponunt in uulnere ardore uindicte; Ergo mediis castrorum uallibus humor ille roris infunditur, paulatimque processu temporis in mella cogitur. Cum fuerit liquidus ab exordio et coalitu cere florumque odore flagrare mellis incipit suauitatem. Merito quia bonam operariam scriptura apem predicat dicens: Vade ad apem et uide quomodo operaria est, et eius imitare operationem. Operationem namque quam uenerabilem mercatur apes, cuius laborem reges et mediocres ad salutem sumunt. Appetibilis est enim omnibus et cara. Audis quid dicat propheta? Mittit utique te ut apicule illius sequaris exemplum, imiteris operationem; Vide quam laboriosa, quam grata sit. Fructus eius ab omnibus desideratur et queritur, nec pro personarum diuersitate discernitur, sed indiscreta sui gratia regibus pariter ac mediocribus equali suauitate dulcescit. Nec solum uoluptati, sed etiam saluti est. Fauces obdulcat et curat uulnera, internis quoque medicamentum infundit ulceribus; Itaque cum sit infirma robore apes, ualida est uigore sapientie et amore uirtutis; Denique regem suum apes summa protectione defendunt, et perire pro eo pulcrum putant. Incolumi rege nesciunt mutare iudicium, mentem inflectere. Amisso rege fidem seruandi muneris derelinquunt, atque ipse sua mella diripiunt, quod his qui principatum habuit muneris interemptus est.

Itaque cum aues alie uix in anno edant singulos fetus, apes geminos creant et duplici ceteris fecunditate preponderant;

DE ARBORE QUE DICITUR PERINDENS.

p

Perindens est arbor in India. Fructus autem huius arboris dulcis est totus et ualde suauis. Columbe autem delectantur in fructibus huius arboris, habitantque in ea pascentes fructus eius. Draco autem inimicus est columbis, timetque arborem et umbram eius ubi columbe mo

Perindens: arbor indie



Umbra

Columba

rantur. & non potest appropiare arbori. neque umbre eius. Si enim umbra arboris. uenerit ad occidentem. fugit draco ad orientem. & si uenerit umbra eius ad occidentem. fugit ad orientem. Si autem uenerit non columba inueniat

Interpretacio

extra arborem aut umbram eius: occidit eam draco. Arborem dominum patrem intellige; Umbram filium. sic gabriel dixit ad mariam; Spiritus sanctus superueniet in te. & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Fructum: celestem sapientiam. domini. i. columbam spiritum sanctum; Uide ergo homo ne postquam acceperis spiritum sanctum hoc est spiritualem columbam intelligibilem. de celo descendentem & manentem super te. foris fias ab eternitate alienus a patre & filio. & spiritu sancto. & draco te interimat. i. diabolus. Nam si tu habeas spiritum sanctum non potest tibi appropinquare draco; Attende ergo homo & permane in fide catholica. ibique habita. ibique persevera. in una ecclesia catholica. Caue quantum potes. ne extra domum foris inueniaris. & comprehendat te ille draco serpens antiquus & deuoret te. sicut iudas qui mox ut exiit a domino foras. & fratribus apostolis. statim a demone deuoratus: & periit;

Ecclesia et fides chatholica extra quam non est salus

Judas

DE SERPENTIBUS.

Anguis omnium serpentium: est genus. quod complicari & torqueri potest. & inde anguis quasi angulosus sit. & numquam rectus. Colubrum ab eo dictum quod colat umbras. uel quod in lubricos tractus flexibus sinuosis labatur. Nam lubricum dicitur. quicquid labitur dum tenetur. ut piscis, serpens; Serpens autem nomen accepit quod occultis accessibus serpit. non apertis passibus sed squamarum minutissimis nisibus repit; Illa autem que quattuor pedibus nituntur. sicut lacerte & stiliones, non serpentes sed reptilia nominantur; Serpentes autem reptilia sunt que uentre & pectore reptant. Quorum tot uenena: quot genera. tot pernicies. tot dolores: quot colores habentur;

Anguis quasi angulosus

Colubru quasi colat umbras

lubricum: quia

Serpens: unde

Serpentium tot venena quot genera et colores

DE DRACONIBUS.



Draco maior cunctorum serpentium, sive animantium omnium super terram. Hunc greci draconta vocant. unde et derivatum est in latinum: ut draco diceretur; Qui sepe ab speluncis abstractus fertur in aerem. concitaturque propter eum aer. Est autem cristatus. ore parvo. et artis fistulis. per quas trahit spiritum et linguam exerat; Vim autem non in dentibus. sed in cauda habet. et verbere potius quam ictu nocet. Innoxius tamen, a venenis. Sed ideo huic ad mortem faciendam venena non esse necessaria dicunt. quia si quem ligarit occidit. A quo nec elephans tutus est. sui corporis magnitudine. Nam circa semitas delitescens. per quas elephantes soliti gradiuntur. crura eorum nodis illigat. ac suffocatos perimit. Gignitur autem in ethiopia et india. in ipso incendio iugis estus. Huic draconi assimilatur diabolus. qui est immanissimus serpens. sepe a spelunca in aerem concitatur. et lucet propter eum aer. quia diabolus ab imis se erigens transfigurat se in angelum lucis. et decipit stultos spe false glorie. leticieque humane.

Draconta draco.

sine veneno d.

ligat & occidit.

Ubi gignitur.

ne. Cristatus esse dicitur. quia ipse rex est superbie. vim non in dentibus sed in cauda habet. quia suis viribus perditis. mendacio decipit quos ad se trahit; Circa semitas per quas elephantes gradiuntur delitescit. quia iter eorum ad celum nodis peccatorum illigat: ac suffocatos perimit. quia si quis criminum vinculo irretitus moritur: sine dubio in inferno dampnatur.

DE BASILISCO.

& cockatrice.



Basiliscus grece latine interpretatur regulus eo quod sit rex serpentium. adeo ut eum videntes fugiant. quia olfactu suo eos necat. Nam et hominem si vel aspiciat interimit. Siquidem ab eius aspectu nulla avis volans illesa transit. sed quamvis sit procul eius ore combusta devoratur. A mustelis tamen vincitur quas illic homines inferunt cavernis in quibus delitescunt. Itaque ea visa fugit. quem illa persequitur et occidit. Nichil enim parens ille rerum sine remedio constituit. Est autem longitudine semipedalis albis maculis lineatus.

mustela & wesell.

basiliscus semipedalis, albis maculis liniatus.

DE REGULIS.

Reguli autem sicut scorpiones arentia queque sectantur. et postquam ad aquas venerint: ydrophobas et limphaticos faciunt; Sibilus idem est qui et regulus. sibilo enim occidit. antequam mordeat. vel exurat;

& Addes.

DE VIPERA.

Vipera dicta quod vi pariat; Nam et cum venter eius ad partum ingemuerit catuli non expectantes maturam nature solucionem corrosis eius lateribus erumpunt vi cum matris interitu; Ferunt autem quod masculus ore inserto uipe. semen expuat; Illa autem ex uoluptate in rabiem uersa. capit maris ore recepto p̄cidit. ita fit ut parens uterq; pereat. masculus cum coit femina cum parit. De uipa dic̄ scs ambrosius q̄ nequissimū



genus bestie. ē. ⁊ sr̄ omnia que serpentini sunt gen̄is astucior. ū coeundi cupiditatem assumpserit: murene maritime notā s' requirit copulā. ul' nouam p̄parat. p̄gressa q; ad litus sibilo testificata p̄sentiam sui. ad coniugalē amplexum illam euocat; Murena autem inuitata n̄ deest. ⁊ uenenate serpenti expetitos usus sue impendit coniunctionis; Quid s' sermo huiusmodi uult n̄ ferendos ēē mores coniugum. ⁊ si absens. ē. eius comperienda p̄sentia:

Sit licet asp. fallax. inconditus. lubricus. temulentus. quid peius ueneno q̄ in coniuge murena n̄ refugit. uocata non deest. ⁊ serpentis lubricum sedula caritate complectitur: Ille tua mala portat. ⁊ leuitatis feminee facilitatem. tu uirum tuum n̄ potes mulier sustinere: Adam p euam deceptus. ē. n̄ eua p adam. Quē uocauit ad culpam mulier; iustum. ē. ut eum gubernatorem assumat. ne iterum feminea facilitate labatur. S; horridus ⁊ incultus. ē. Semel placuit. nūquid uir frequenter eligendus: Comparem suum ⁊ bos requirit. ⁊ equus diligit. & si mutetur alius cū trahere iugum nescit compar alterius. ⁊ se n̄ totum putat. Tu iugalem repudias tuum. ⁊ putas sepe ēē mutandum. ⁊ si uno defuerit die supducis riualem. ⁊ statim incognita causa q̄si cognita iniuriam pudoris exequeris: Vipa absentem requirit: absentem uocat. ⁊ blando p̄clamat sibilo. atq; ū aduentare comparem senserit. uenenum euomit: reuerentiam marito deferens uerecundata nuptialem grām; Tu mulier aduenientem de longinquo maritum contumeliis repellis; Vipa mare p̄spectat. explorat iter coniugis; Tu iniuriis uiam uiro obstruis. Tu litium moues uenena. n̄ reueris. Tu coniugalis amplexus tempore dirum uirus exestuas. n̄ erubescis nuptias. n̄ reueris maritum.

S; etiam tu uir. possumus enim ⁊ sic accipe: depone tumorem cordis. asp̄itatem morum cum tibi sedula uxor occurrit: ppelle indignationem cum blanda coniux ad caritatem puocat; Non es dominus s; maritus. n̄ ancillam sortitus es s; uxorem. Gubernatorem te deus uoluit ēē sexus inferioris. n̄ p̄potentem; Redde uicem studio. redde amori grām. Vipa uenenum suum fundit tu n̄ pot̄s duriciam mentis deponere: Si habes naturalem rigorem: debes temperare eum contemplatione coniugii. ⁊ reuerentia coniunctionis deponere animi feritatem; Pot̄ ⁊ sic accipi; Nolite q̄rere uiri thor alienum. nolite insidiari alie copule; Graue. ē. adulterium. nature iniuria. ē. Duos p̄mum deus fecit. adā ⁊ euam. h. ē. uirum ⁊ uxorem. ⁊ uxorem de uiro. h. ē. de costa adē & iussit ambos. ēē. in uno corpore. ⁊ in uno spu uiuere; Quid unum separas corpus. quid unum diuidis spm: Nature adulterium. ē. S; h docet murene

nō

murena . a lampey

de Coniugibus
nō

nō par paribz.

80

rumpe non iure genitus. sed ardore libidinis expetitus amplexus. Discite o viri quod alienam permolliri querit uxorem; cuius serpentis se asciscere cupiat contubernium. Cui et comparandus ipse serpenti sit; festinet ad viperam. que se in gremium ubi non directo tramite veritatis. sed lubrico devii amoris infundit. Festinat ad eam que venenum suum resumit ut vipera. Que fertur pacto coniunctionis munere. venenum quod evomuerat rursus haurire;

DE ASPIDE.



Aspis vocata quod morsu venena immittit et spargit. Ios enim greci venenum dicunt. et inde aspis quod morsu venenato interimit; Currit quidem semper patenti ore et vaporanti. Huius diversa genera et species et dispares effectus ad nocendum. Fertur autem cum ceperit pati incantatorem qui eam in quibusdam carminibus propriis evocat. ut ea de caverna producat. illa cum exire noluerit unam aurem in terram premit. altera cauda obturat et operit. atque voces illas magicas non audiens. non exit ad incantantem. Tales quoque sunt homines istius mundi qui in desideriis terrenis aurem deprimunt unam. Aliam vero de peccatis. ne audiant vocem domini dicentis; Qui non renunciaverit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. non servus; Hoc quoque solum aspides faciunt ut aures obturant. Isti vero et oculos suos excecant. ne videant celum. neque recordentur operum domini, Dissa autem genus est aspidis. que latine situla dicitur. quod quem momorderit siti perit. Ypnalis genus aspidis dicta. que sompno necat. Hanc sibi Cleopatra apposuit. et ista morte quasi sompno soluta est. Emorrosis aspis nuncupatus: quod sanguinem sudet; Qui ab eo morsus fuerit: ita languescit. ut dissolutis venis quicquid vite est per sanguinem evocet. Grece enim sanguis emath dicitur. Prester aspis semper ore patenti et vaporanti currit. cuius poeta sic meminit; Oraque distendens avidus fumantia prester. Hic quem percusserit distenditur enormique corpulentia necatur. extubatum enim putredo sequitur; Spectaficus aspis qui dum momorderit hominem. statim eum consumit. ita ut liquefiat totus in ore serpentis; Cerastes serpens dictus. eo quod in capite cornua habeat similia arietum. Cerastes enim grece cornua vocantur. Sunt autem illi quadrigemina cornicula. quorum ostentatione veluti esca illicies sollicitata animalia perimit. totum enim corpus tegit arenis. nec ullum indicium sui prebet. nisi ex ea parte qua invitatas aves vel animalia capit. Est autem flexuosus plusquam alii serpentes. ita ut spinam non habere videatur;

DE SCITALI SERPENTE.



Scitalis serpens est vocata. quod tanta prefulget tergi varietate ut notarum gratia aspicientes se retardet. Et quia reptando pigrior est, quos assequi non valet miraculo sui stupentes capit. Tantum autem fervoris est ut et hyemis tempore exuvias corporis ferventes exponat. De quo Lucanus; Et scitalis sparsis etiam nunc sola pruinis exuvias positura suas;

De Anphivena.



Anphivena dicta, eo quod duo capita habeat, unum in loco suo, alterum in cauda, currens ex utroque capite tractu corporis circulato. Hec sola serpentium frigori se committit, prima omnium procedens. De qua idem Lucanus. Et gravis in geminum vergens caput anphivena, cuius oculi lucent veluti lucerne.

Ysidorus.



Est animal in nilo flumine quod dicitur idrus in aqua vivens; Greci enim idros aquam vocant, sive dicitur aquatilis serpens

a quo isti obturgescunt cuius morbum quidam boam dicunt, eo quod fimo bovis remedietur. Idra draco multorum capitum qualis fuit in lerna insula vel palude provincie Arthadie. Hec latine excedra dicitur, quod uno ceso tria capita excrescebant. Sed hoc fabulosum est. Nam constat idram locum fuisse evomentem aquas, vastantem vicinam civitatem, in quo uno meatu clauso, multi erumpebant. Quod Hercules videns loca exhausit, et sic aque clausit meatus. Nam idra ab aqua dicta est. Hidrus satis est inimicus cocodrillo, et hanc habet naturam et consuetudinem, ut cum viderit cocodrillum dormientem in littore, vadit apto ore et involvit se in luto quo facilius possit in faucibus eius illabi. Cocodrillus igitur subito vivum eum transglutit; Ille vero dilanians omnia viscera eius, non solum vivus, sed et exit illesus. Sic igitur mors et infernus figuram habent cocodrilli, quorum inimicus est dominus ihesus christus. Nam assumens humanam carnem, descendit ad infernum, et dirumpens omnia viscera eius, eduxit eos qui iniuste tenebantur ab eo; Mortificavit enim ipsam mortem, resurgens ex mortuis, et illi insultat per prophetam dicens. O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne.

De boa angue:



Boas anguis italie immensa mole persequitur greges armentorum et bubalos, et plurimo lacte irriguis se uberibus innectit, et sugens interimit, atque inde a boum depopulatione boas nomen accepit; De iaculo.



Iaculus serpens uolans. de quo lucanus; Iaculique uolantes. Exiliunt enim in arboribus. et dum aliquod obuium fuerit. iactant se super eum et perimunt. Unde et iaculi dicti sunt; De sirenis.



In arabia autem serpentes albi sunt cum alis. que sirene uocantur. que plus currunt ab equis. sed et uolare dicuntur. quorum tantum ~~dicuntur~~ uirus est. ut morsum ante mors insequatur quam dolor.

Seps exigua serpens que non solum corpus sed et ossa ueneno consumit; Cuius poeta sic meminit; Ossaque dissoluens cum corpore tabificus seps; Dipsa serpens tante exiguitatis fertur. ut cum calcatur non uideatur. cuius uenenum ante extinguit quam sentiatur. ut facies preuenta morte non tristiciam inducat morituro de quo poeta. Signiferum iuuenem tyrrenum sanguinis aulum. Torta caput retro dipsa calcata momordit; Vix dolor aut dentis sensus fuit;



De lacerto.

Lacertus reptile genus est uocatus. ita quod brachia habeat; Genera lacertorum plura. ut botrax. salamandra. saura. stellio. Botrax ea dicta. quod rane habeat faciem. nam greci ranam botracan uocant;

De salamandra.



Salamandra uocata quod contra incendia ualeat. Cuius inter omnia uenenata uis maxima est; Cetera enim singulos feriunt. hec plurimos pariter interimit. Nam et si arrepserit omnia poma inficit ueneno. et eos qui ederint occidit; Qui etiam uel si in puteum ca dat. uis ueneni eius potantes interficit; Ista contra incendia repugnans. ignes sola animalium extinguit. Viuit enim in mediis flammis sine dolore ⁊ consumptione. ⁊ non solum quia non uritur sed extinguit incendium.

D SAURA SERPE.



Saura lacertus qui quando senescit cecantur oculi eius. & intrat per foramen parietis. aspiciens contra orientem ⁊ orto sole intendit ⁊ illuminatur.



Stellio de colore inditum nomen habet. Est enim tergore pictus lucentibus guttis in modum stellarum. De quo ouidius. Aptumque colori. Nomen habet uariis stellatus corpore guttis; hic autem scorpionibus adeo contrarius traditur: ut uiso eo pauorem his afferat. ⁊ torporem; Sunt ⁊ alia genera serpentium. ut ammodite. elephantie. camedracontes; Postremo quantus nominum: tantus mortuum numerus; Omnes serpentes natura sua frigidi sunt nec percuciunt nisi quando calescunt. Nam quando sunt frigidi nullum tangunt. Vnde ⁊ uenena eorum plus die quam nocte nocent. Torpent enim noctis algore. ⁊ merito. quia frigidi sunt nocturno rore; In se enim adducunt uaporem corporis. frigide pestes. ⁊ natura gelide. Vnde ⁊ in hieme in nidos torpent. estate soluuntur: Inde est quod quicumque ueneno serpentium percutitur primum obstupescit. ⁊ postea ubi in illo calefactum ipsum uirus exarserit: statim hominem extinguit. Venenum autem dictum. quia per uenas uadit;

Infusa enim pestis eius per uenas uegetationem corporis aucta discurrit. ⁊ animam exigit; Vnde non potest uenenum nocere: nisi hominis tetigerit sanguinem. lucanus. Noxio serpentum est admixto sanguine pestis. Omne autem uenenum est frigidum. ⁊ ideo anima que est ignea fugit uenenum frigidum; In naturalibus bonis que nobis ⁊ irrationabilibus animantibus uidemus esse communia. uiuacitate quadam sensus serpens excellit. Vnde ⁊ legitur in genesi. Serpens autem erat sapiencior omnibus pecoribus terre.

DE NATURA SERPENTIUM.



Serpens uero tres habet naturas. prima eius natura hoc est. Cum senuerit caligant oculi eius ⁊ si uoluerit nouus fieri: abstinet se ⁊ ieiunat multis diebus donec pellis eius relaxetur: ⁊ querit angustam rimam in petra. intrat in eam. ⁊ contribulat se ⁊ deponit ueterem pellem; Et nos per multam tribulacionem ⁊ abstinentias propter Christum deponamus ueterem hominem ⁊ indumentum eius. ⁊ queramus spiritualem petram Christum. ⁊ angustam fissuram id est angustam portam; Secunda eius natura est. cum uenerit ad flumen bibere aquam. non portat suum uenenum secum. sed in fouea dimittit illud. Debemus ⁊ nos cum in collectam uenimus aquam uiuam atque sempiternam haurientes. audire diuinum sermonem ⁊ celestem in ecclesia. abicere a nobis venenum, id est terrenas et malas concupiscentias. Tertia natura eius est: Si viderit nudum hominem, timet eum; et si viderit eum vestitum, exilit in eum. Sic et nos spiritualiter intelligamus quod primus homo Adam quamdiu fuit nudus in paradiso non prevaluit serpens exilire in eum. Sed postquam est indutus, id est mortalitate corporis, tunc exiluit in eum serpens. Si habes ergo in te mortalem vestem, id est veterem hominem, et inveteratus fueris dierum malorum, exilit in te serpens. Si autem exspolies te indumento principum et potestatum seculi huius tenebrarum, tunc non poterit exilire in te serpens, id est diabolus. Serpens quoque pastu feniculi cecitatem repellit exceptam. Itaque ubi oculos sibi obduci senserit, nota remedia petit, nec fraudatur effectu. Testudo visceribus pasta serpentis, cum venenum adverterit sibi serpere, origano medicinam sue salutis exercet. Ieiuni hominis sputum si serpens gustaverit moritur. Dicit autem Plinius: creditur quod si serpentis caput et si cum duobus digitis evaserit, nichilominus vivit. Unde et totum corpus obicit pro capite ferientibus. Anguibus universis hebes visus est. Raro in adversum contuentur. Nec frustra, cum oculos non in fronte sed in temporibus habeant, adeo ut citius audiant quam aspiciant. Nullum autem animal in tanta celeritate linguam movet ut serpens, adeo ut triplicem linguam habere videatur, cum una sit. Serpentium humida sunt corpora, adeo ut quaque eunt viam humore designent. Vestigia sunt serpentium talia, ut cum pedibus carere videantur, costis tamen et squamarum nisibus repunt, quas a summo gutture usque ad imam alvum pari modo dispositas habent. Squamis enim quasi unguibus, costis quasi cruribus

innituntur. Unde si in quolibet corporis parte ab alvo usque ad caput aliquo ictu collidatur, debilis reddita cursum habere non possit, quia ubicumque ille ictus inciderit, spinam solvit, per quam costarum pedes et motus corporis agebantur. Serpentes autem diu vivere dicuntur, adeo ut deposita veteri tunica senectutem deponere atque in iuventutem redire perhibeantur. Tunice serpentium exuvie nuncupantur, eo quod his quando senescunt sese exuunt. Dicuntur autem exuvie et induvie, quod exuuntur et induuntur. Pitagoras dicit de medulla hominis mortui que in spina est serpentem creari. Quod et Ovidius in Metamorphoseorum libris commemorat dicens: Sunt qui cum putrefacta spina sepulcro mutari credant humanas angue medullas. Quod si creditur, merito evenit, ut sicut per serpentem mors hominis, ita et hominis morte serpens.

Incipit de vermibus.

Vermis est animal quod plerumque de carne vel de ligno vel de quacumque re terrena sine ullo concubitu gignitur, licet nonnumquam et de ovis nascantur, sicut scorpio. Sunt autem vermes aut terre, aut aque, aut aeris, aut carnium, aut frondium, aut lignorum, aut vestimentorum. Aranea vermis aeris ab aeris nutrimento cognominata, que exiguo corpore longa fila deducit, et tele semper intenta nunquam desinit laborare, perpetuum sustinens in sua arte dispendium. Multipes terrenus ex multitudine pedum vocatur, qui contractus in globum urnas amplificat. Sanguissuga vermis aquatilis dicta quod sanguinem sugit. Potantibus enim insidiatur, cumque illabitur faucibus vel ubi uspiam adheserit, sangui nem haurit et cum nimio cruore maduerit evomit quae hausit, ut recentiorem denuo sugat. Scorpio vermis terrenus, qui potius vermibus ascribitur non serpentibus, animal armatum aculeo et ex eo grece vocatum quod caudam figat et arcuato vulnere venena diffundat. Proprium autem scorpionis est quod manus palmam non feriat. Bombix frondium vermis, ex cuius textura bombicinum conficitur. Appellatus autem hoc nomine ab eo quod evacuetur dum fila generat et aer solus in eo remanet. Eruca frondium vermis in olere vel pampino involuta ab erodendo dicta; de qua meminit Plautus: Imitatur nequam bestiam et maleficam pampinum involutam. Implicat se idem non advolat ut locusta huc illucque discurrens semipasta dimittit, sed permanet perituris frugibus et tardo lapsu et pigris morsibus universa consumit. Teredonas greci vocant lignorum vermes quod terendo edant; hos nos termites dicimus; ita enim apud latinos ligni vermes vocantur qui tempore inoportuno cese arbores gignunt. Tinea vestimentorum vermis dicta quod teneat et eo ~~ideo~~ usque insedeat quousque erodat. Unde et pingax, quia in eandem rem identidem urgeat. Vermes carnium: enigunii, lumbrici, ascaride, coste, pediculi, pulices, lendex, tarmi, riceni, usia, cimex. Enigunii vermis capitis vocatus. Lumbrici vermes intestinarum dicti quasi lumbici, quod labuntur vel quod in lumbis sint. Pediculi vermes carnis a pedibus dicti, unde et pediculosi dicuntur quibus pediculi in corpore efferuescunt. Pulices vero vocati sunt quod ex pulvere magis nutriantur. Tarmus vermis est lardi. Ricinus vermis est canis vocatus eo quod hereat in auribus canum; cenos enim grece canis est. Usia est vermis porci appellata quod urit; nam ubi momorderit, adeo locus ardet ut ibi vesice fiant. Cimex de similitudine cuiusdam herbe vocatur cuius fetorem habet. Proprie autem vermis in carne putrida nascitur, tinea in vestimentis, eruca in olere, teredo in ligno, tarmus in lardo. Vermis non ut serpens apertis passibus vel squamarum nisibus repit, quia non est illis spine rigor ut colubri; sed in directum corpusculi sui partes gradatim porrigendo contractas, contrahendo porrectas motus explicat, sicque agitatus perlabitur.

Incipit de piscibus.



Pisces dicti unde et pecus, a pascendo scilicet. Reptilia ideo dicuntur haec que natant, eo quod reptandi habeant speciem et naturam. Quamvis se in profundum mergant, tamen in natando repunt. Unde et David ait: Hoc mare magnum et spaciosum manibus, illic reptilia quorum non est numerus. Amphinia sunt quedam genera piscium dicta quod ambulandi in terris usum et natandi in aquis ~~[illegible]~~

officium habeant. Amphi enim grece. utrumq; dr̄. i.
q̄ in aquis ⁊ in t̃ris uiuunt. ut foce. cocodrilli ypota
mi. h̷. est equi fluctuales. De balena.



Est belua in mari q̄ grece aspido delone dr̄. latine uͦ
aspido testudo. Cete ꝫ dicta. ob immanitatem cor
poris. ē. enim sic̃ ille qui excepit ionam. cuius aluus
tante magnitudinis fuit ut putaret̃ infernus dicen

te ip̃o iona. Exaudiuit me de uentre inferi. h̷ in me
dio pelagi eleuat dorsum suum sup undas maris. tũq;
stat in uno loco quo adusq; de sabulo maris uento agita
to planicies fiat uirgulta q; crescant ibi. q̄re nauigantes
insulam ēē putantes amplicant naues. dein̄ faciunt s̃
focos. s; illa sentiens ardorem ignis. subito se in aquam im
ḡit. ⁊ nauem secum in p̄fundum t̃hit; Sic illi paciunt̃.
qui incredulo animo sunt. ⁊ ignorant diaboli astucias spē
suam in eum ponentes. atq; suis opib; se obligantes simul
m̃guntur cum illo in gehennam ignis. Natura belue. ē
tal'. q̄n esurit. ap̃it os suum. ⁊ odorem q̄ndā bñolentē
exalat de ore eius. cuius dulcedinem ut senciunt minores
pisces. congregant se in ore eius. Cũ uͦ senserit os suum. ēē.
repletum: subito claudit os suũ. ⁊ t̃nsglutit eos. Sic
paciunt̃ illi q̄ sunt modice fidei addicti uoluptatib; ⁊ le
nociniis ad escam. q̄si quib; dam odorib; subito absorbent̃
a diabolo; ~ Itm De balena.

Balene autem sunt immense magnitudinis bestie
ab emittendo ⁊ fundendo aquas uocate. ceteris enī
bestiis maris altius iaciunt undas. balenim grece emit
tere dr̄. Masculus balene. ē. musculus enim coi
tu concipe h̷ belua p̄hibetur, De belua. q̄ dicitur Serra.

Est belua in mari q̄ dr̄ serra. pennas habens imma
nes. h̷ cum uiderit nauim in pelago uelificantē.
eleuat pennas suas sup aq̃m. ⁊ contendit uelificare cͣ
nauim stadiis. xxx. ul'. xl. ⁊ n̄ sustinens laborem deficit.
⁊ deponens pennas ad se attrahit eas; Vñ fl̃ maris iā
lassam reportant ad locum suũ in p̄fundum. hec be
lua figuram h̷t h̷ sc̃li. Naues iustorum h̷t exemplũ. q̄ sin̄
p̃iculo naufragio fidei t̃nsierunt p̄ medias h̷ mundi p

cellas et tempestates. Serra uero id est belua illa que non ualuit uelificare cum naui, figuram illorum gerit qui in initio ceperunt bonis operibus insistere, postea non permanentes in eis uicti sunt diuersis uiciorum generibus, que illos tanquam fluctuantes maris unde mergunt usque ad inferos. Non enim incipientibus sed perseuerantibus premium promittitur. De delfinis.

Delfines certum habent nomen uel uocabulum quod uoces hominum sequuntur uel quia ad siphoniam gregatim conueniunt. Nichil in mari uelocius; nam plerumque naues salientes transuolant. Quando autem pludunt in fluctibus et undarum se molibus saltu precipiti feriunt, tempestates significare uidentur. Hi proprie simones nominantur. Est et delfinum genus in Nilo flumine dorso serrato, qui cocodrillos tenera uentrium secantes interimunt. De por. mar.

Porci marini qui uocantur uulgo suilli, quia dum escam querunt more suis terram sub aquis fodiunt. Circa guttur enim habent oris officium, et nisi rostrum arenis immergant, pastum non colligunt; Gladius dictus eo quod rostro mucronato sit. Ob hoc naues perfossas mergit. Serra nuncupata quia serratam cristam habet et subter natans naues secat. Scorpio dictus quia ledit dum manu tollitur. Traditur decem cancris cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi fuerint scorpiones ad eundem locum congregari; De cocodrillo:

Cocodrillus a croceo colore dictus. Gignitur in Nilo flumine animal quadrupes in terra et aqua ualens, longitudine plerumque .xx. cubitorum, dentium et unguium immanitate armatum; Tantaque cutis duricia ut quamuis fortium ictus lapidum tergo repercuciat. Non nocet. Nocte in aquis, die in humo quiescit, Oua in terra fouet. Masculus et femina uices seruant;

Hunc pisces quidam serratam habentes cristam tenera uentrium desecantes interimunt; Lupum antiquitas appellauit piscem in captura ingeniosum; Denique circumclusus rete fertur arenas arare cauda, atque ita conditus transire rete. Mullus uocatus quod mollis sit atque tenerrimus. Cuius cibo tradunt libidinem inhiberi, oculorum aciem hebetari. Homines quibus sepe pastus piscem olet. Mullus in uino necatus, hi qui inde biberint tedium uini habent. Mugil nomen habet quod sit multum agilis; nam ubi dispositas senserit piscatoris insidias, confestim retrorsum rediens ita transilit rete ut uolare piscem uideas; Innumera itaque ut innumera genera piscium. Alii oua generant ut uarii maiores quos uocant tructas, et aquis fouenda committunt. Aqua ergo animat et creat, et adhuc mandati illius tanquam legis perpetue munus exequitur: blanda quedam mater animantium. Alii uiuos fetus edunt de suo corpore ut cete ingentia, delphines et foce aliaque cetera huiusmodi. Que cum ediderint partus si quid forte insidiarum terrorisque presenserint circa catulos suos uimque moliri, quo tueantur eos, uel tenere etatis pauorem materno affectu compescant: aperire ora et innoxio partus suos dente suspendere, intro quoque recipere corpore et genitali feruntur aluo abscondere. Quis humanus affectus hanc piscium pietatem possit imitari? Oscula nobis sacietati sunt. Illis non satis est aperire uiscera, natosque recipere ac reuocare integros, atque iterum fotu quodam sui caloris animare, et spiritu adolere suo, duosque in corpore uno uiuere donec aut securitatem deferant, aut corporis sui obiectu natos suos defendant a periclis. Quis hec uidens et si possit obtinere non tante piscium pietati cedat? Quis non miretur et stupeat ut seruet natura in piscibus quod non seruat in hominibus? Plerique in suspicione nouercalibus odiis appetitu suo occiderunt filios. alie in fame ut legimus partus proprios comederunt; humanis pignoribus mater sepulcrum facta est. piscium pleri uterus parentis sui murus uallo quodam intimorum uiscerum pignora inoffensa conseruat. Diuersa igitur piscium genera: diuersos usus habent; Alii oua generant. Alii uiuos et formatos pariunt fetus; Et que oua generant: non nidos texunt ut aues. non diuturni fotus laborem induunt. nec cum molestia sui nutriunt. Decidit ouum: quod aqua gremio quodam nature sue quasi nutrix blanda suscepit. et animal celeri fotu reddidit; Continuo enim tactu parentis animatum ouum decidit et pisces exiuit. Tum deinde quam pura et inuiolata successio. ut nullus nisi generi suo misceatur. Nesciunt enim alienorum piscium adulterina contagia. sicut ea que coeunt; Asinorum equarumque inter se genera magna cura hominum perpetitur uel rursus cum equis asine miscentur. que sunt uere adulteria nature; Nam utique maius est quod in nature colluuione committitur: quam quod in persone iniuria; Et o homo ista procuras interpres adulterii iumentalis. et illud animal pretiosius putas quod adulterinum quam quod uerum est. Ipse genera aliena coniungis. diuersaque misces semina. et aduenticios coitus plerumque cogis inuitos. et hanc industriam uocas. Hoc quia de hominibus facere non potes ut diuersi generis commixtio fetum possit excludere: tollis homini quod natus est. et uirum de uiro excutis. abscissaque corporis parte: sexum negas. spadonem efficis. ut quod negauit natura in hominibus: impleret audacia; Quam bona mater autem aqua: hinc considera; Tu homo docuisti abdicationes patrum in filios separationes. odia. offensas. disce que sit parentis et filiorum necessitudo. Viuere pisces sine aqua non queunt. nec

a sue parentis consortio separari. neque a sue alterius discerni munere; Et fit hoc natura quadam ut separati moriantur illico; Quid autem de densitate dicam dentium? Non enim ut oues aut boues ex una parte dentes habent: sed utraque pars armata est dentibus qui madidi sunt et si diutius cibum uersarent et non cito transmitterent: aquarum illuuione de dentibus eorum esca posset auferri ac dilui. Ideo densos et acutos habent dentes. ut cito incidant. cito conficiant cibum. et ut facile et sine aliqua mora et dilatione transmittant. Denique non ruminant; Solus tamen scarus ruminare perhibetur. ut ferunt quibus aut euentus aut usus fuit aut studium comprehendere. Sane non ipsi a suis potentie euasere uiolentiam et auaricie potentiorum subiectum. itaque inferiores sunt quo quisque infirmior eo preda patet. Et plerique quod hiis pascuntur. minor apud illos esca maioris est. et rursus ipse maior a ualidiore inuaditur. et fit esca alterius: predator alterius; Itaque usu uenit ut cum ipse alium deuorauerit: ab alio deuoretur. et unum uentrem utrumque conueniat. cum alio deuoretur: et unum uentrem utrumque conueniat. cum deuoratore pariter deuoratus. sitque simul in uno uiscere preda uindicteque consortium. Et ipsis sponte forte hoc accreuit iniuria. sicut in nobis non ex natura cepit: sed ex auaricia. Aut quia ad usum hominum dati sunt in signum quoque facti sunt. ut in his nostrorum morum uitia uideremus. et eorum caueremus exempla. ne quis potior inferiorem inuaderet. daturus in se potentiori exemplum iniurie. Itaque qui alium ledit: sibi laqueum parat. Et tu piscis es qui uiscera inuadis aliena. qui demergis infirmum. qui credentem persequeris usque in profundum. Caue ne dum illum persequeris: incidas ipse ualidiorem. et deducat te in alienas insidias qui tuas uitat. priusque tuam expectet erumpnam. qui te persequente predam reformidabat.

Escarius dictus eo quod escam solus ruminare perhibetur. denique;

alii pisces non ruminant. Tradunt autem hunc ingeniosum esse. Namque inclusum nassis non fronte erumpere, nec infestis viminibus caput inserere, sed aversum caudae ictibus crebris laxare fores, atque ita retroversum recedere. Quem luctatum eius si forte alius scarus videat, apprehensa mordicus cauda adiuvat nisus erumpentis. Echenais et semipedalis pisciculus nomen sumpsit, quod navem adherendo teneat. Ruant licet venti, seviant procelle, navis tamen quasi radicata in mari stare videtur, nec moveri potest, non retinendo sed tantummodo adherendo. Hunc Latini moram appellant, eo quod cogat stare navigia. Anguille similitudo anguis nomen dedit. Origo eius ex limo. Unde et quando capitur adeo lubrica est, ut quanto fortius presseris, tanto citius elabitur. Ferunt autem orientis fluvium Gangen anguillas tricenis pedibus gignere. Anguille vino necate, qui ex eo biberint, tedium vini habent. Murenam greci myrinam vocant, eo quod complicet se in circulos. Hanc feminini tantum sexus esse tradunt et concipere a serpente. Ob id a piscatoribus tanquam a serpente sibilo evocatur et capitur. Ictu autem fustis difficile interimitur, ferula protinus. Animam habere in cauda certum est. Nam capite percusso vix eam interimi, cauda statim exanimari. Polipus, id est multipes. Plurimos enim nexus habet. Iste ingeniosus hamum appetens brachiis complectitur in morsu, non prius dimittit quam escam circumroserit. Torpedo vocata eo quod corpus torpescere faciat, si eam quisque viventem tangat. Narrat Plinius secundus ex indico mari torpedo et procul et e longinquo vel si hasta virgaque attingatur, quamvis pravalidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum veloces alligare pedes. Tanta enim vis eius est ut et aura corporis sui afficiat membra. Cancer quoque quasi cibi gratia prestigias struit. Namque et ipse ostreo delectatur et carnis eius epulum sibi querit. Sed quod ut appetens cibi ita prospiciens est periculi. Quam enim difficilis est venatio tam periculosa. Difficilis, quia testis validioribus esca interior includitur. Nam velut muris quibusdam mollicia carnis precepti imperialis interpres natura munivit. Quam medio testarum quodam sinu concavo nutrit ac fovet et quasi in quandam valle diffundit. Et ideo cassa omnia temptamenta fiunt cancri, quia aperire clausum ostreum nulla vi potest, et periculosum est si chelam eius includat. Ad argumenta confugit et insidias nova fraude molitur. Itaque quia omnia genera delectatione mulcentur, explorat si quando ostreum remotis in locis ab omni vento contra solis radios diptycum illud suum aperiat, et reserat claustra testarum, ut libero aere visceris sui voluptatem quandam capiat. Et tunc clandestino calculum inmittens impedit conclusionem ostrei, ac sic apta claustra repperiens tuto inserit chelas, visceraque interna depascitur. Sic ergo homines viciosi sunt qui cancri usu in aliene usum circumscriptionis irrepunt et infirmitatem proprie virtutis astu quodam suffulciunt, fratri dolum nectunt, et alterius pascuntur erumpna. Tu autem propriis esto contentus, et aliena te dampna non pascant. Bonus cibus est simplicitas innocencie.

Sua bona habens insidiari nescit alienis, nec avaricie facibus inardescit, cui lucrum omne ad virtutem dispendium est, ad cupiditatem incendium. Et ideo beata est si bona sua noverit cum veritate paupertas et omnibus preferenda thesauris, quia melius est exiguum cum dei timore, quam thesauri magni sine timore. Melior est enim hospitalitas in oleribus cum gratia: quam uitulorum pinguium preparatio cum discordia. Ymitamur igitur ingenio ad querendam gratiam et salutem tuendam. non ad alienam circumscribendam innocenciam. licet nobis uti exemplis marinis ad profectum nostre salutis. non ad aliene periculum. Echinus animal exiguum. uile ac despectabile marinum loquor. plerumque index future tempestatis aut tranquillitatis annuntius solet esse nauigantibus.

Denique cum procellam uentorum presenserit. calculum ualidum arripit. eumque uelud saburram uehit et tamquam anchoram trahit. ne excuciatur fluctibus. Itaque non suis se librat uiribus sed alieno stabilit et regit pondere. Quo indicio naute uelut signum future perturbationis capessunt et se precauent ne eos inparatos turbo inpulsus inueniat. Quis mathematicus quis astrologus quis caldeus potest siderum cursus sic et celi motus et signa comprehendere? Quo ingenio ista colligit. quo doctore percepit? Quis ei fuit tanti interpres augurii? Sepe homines confusionem aeris uident et sepe falluntur. quod plerumque eam sine tempestate discuciant. Echinus non fallitur. echinum sua nequaquam signa pretereunt. Unde exiguo animali tanta scientia: ut futura prenuntiet. quod magis in eo nihil est quo tantam habere prescientiam? Crede quod per indulgentiam domini rerum omnium; hoc quoque prescientie huius munus accepit. Etenim si fenum deus sic uestit ut miremur. si pascit uolatilia. si parat coruis escam. pulli enim eorum ad dominum. et si mulieribus dedit texture sapientiam. si araneam que tam subtiliter ac docte laxos casses suspendit in foribus. sapientie non relinquit inmunem. si ipse uirtutem equo dedit. et soluit de ceruice eius formidinem ut

exultet in campis. et occurrens regibus arrideat. odoretur bellum eminus. excitetur sono tube. si hec irrationabilia pleraque et alia insensibilia ut fenum. ut lilia repletum sue disposicione sapientie quid dubitamus. quod et in echinum contulerit hanc gratiam prescientie? Nichil enim inexploratum. nichil dissimulatum relinquit. Omnia uidet qui pascit omnia. omnia replet sapientia. qui omnia in sapientia fecit ut scriptum est; Et ideo si echinum uisitacionis sue exortem non pretermisit si eum considerat et futurorum informat indiciis tuam non considerat? Immo uero considerat sicut testatur ei diuina sapientia dicens. Si respicite dicens uolatilia. si pascit illa. nonne uos pluris estis illis? Si fenum agri quod hodie est et cras in ignem mittitur deus sic uestit: quanto magis uos minime fidei? Conce conclee ex hac causa uocate: quod deficiente luna cauantur id est euacuantur. Omnium enim clausorum animalium maris atque concarum incremento lune membra crescunt. defectu euacuantur. luna enim cum in augmento fuerit: auget humorem. cum uero in defectum fuerit humores minuuntur. ut phisici dicunt. Conce autem prime positionis nomen. Conclee uero per diminucionem quasi concule. Concarum genera multa sunt. inter quas et margaritifere que occeloe dicuntur. in quarum carne preciosus calculus solidatur.

De quibus tradunt hi qui de animantium scripserunt naturis. eo quod nocturno tempore littora appetant et ex celesti rore margaritam concipiunt. unde et occeloe nominantur; Murica coclea est maris. dicta ab acumine et asperitate. que alio nomine concilium nomi natur. propterea quod circumcisa ferro lacrimas purpurei coloris emittat. ex quibus purpura tinguntur; et inde ostrum appellatum, quod haec tinctura ex teste humore elicitur. Cancros vocatos quod conce sunt crura habentes. inimica ostreis animalia; horum enim carnibus vivunt miro ingenio. Nam quia validam testam eius aperire non potest: explorat quando ostrea clausum testarum aperiat. Tunc cancer latenter lapillum inicit. atque inpedita conclusione ostree carnes erodit; Tradunt enim quidam decem cancris cum ocimi manipulo alligatis. omnes qui ibi sunt scorpiones ad eundem locum coituros; Duo sunt autem genera cancrorum fluviales et marini. Ostrea dicta est a testa qua mollicies interior carnis munitur: Greci enim testam ostream dicunt. Musculi sunt concle. quorum lacte concipiunt ostree; Et dicti musculi quasi masculi. Testudo dictus. eo quod tegmine teste sit adopertus in camere modum; Sunt autem. IIII. genera. Terrestres. Marine. lutarie. id est in ceno et palude viventes. quartum genus fluviales que in dulci aqua vivunt. Tradunt aliqui quod incredibile est. tardius ire navigia: testudinis pedem dextrum vehentia. Rane a garrulitate eo quod circa genitales strepunt paludes et sonos vocis importunis clamoribus reddunt. Ex quibus quedam aquatice dicuntur quedam palustres. quedam rubete ob id quod in vepribus vivunt. grandiores cunctis. Alie calamites vocantur: quoniam inter arundines fruticesque vivunt. minime omnium et viridissime mute et sine voce sunt. Agrestule rane parvule in sicco vel agris morantes. unde et nuncupate. Negant quidam canes latrare: quibus offa rana viva fuerit data.

Animalium omnium in aquis viventium. nomina centum. xl. iiii. Plinius ait divisa cum generibus beluarum. serpentium communium terre et aque; cancrorum: concarum locustarum: pelorudum. philopporum: solearum. lacertorum: ut luligo. et huic similia;

De arboribus.

Arborum nomen sive herbarum. a barbaris inflexum creditur. eo quod terris fixis radicibus adhereant; Utreque autem ideo sepe pene similia sunt: quia ex uno alterum gignitur. Nam dum sementem intiam ieceris: herba prius oritur. Deinde conforta surgit in arborem. et intra parvum tempus. quam herbam videras arbustam suspicis; Arbusta quasi arboris hasta. Alii arbustum locum in quo arbores sunt volunt accipere. sicut salictum et salicta. et turecta. ubi salices et virgule novelle virentes. Frutex brevis est appellatus. quod terram frondet et tegat cuius plurale nomen fruteta. Nemus a numinibus nuncupatum. quia pagani ibi idola consecrabant. Sunt enim nemora arbores maiores umbrose frondibus. Lucus est densitas arborum alta vocata hoc nomine eo quod exiliat in altum et in sublime consurgat. Insitio dicitur cum inciso trunco surculus secte arboris sterili inseritur; Plante sunt de arboribus; Plantaria vero que ex semine nata sunt cum radicibus et terra propria transferuntur; Radix appellatur. quod quasi radius quibusdam terra terris inprofunda mergitur; Nam phisici dicunt parem esse altitudinem radicum et arborum; Truncus est statura arboris insistens radici, Corticem veteres corticem vocabant. dicitur autem cortex. quod corio ligni

tegat. Liber est corticis pars interior. dictus a libato cortice
.i. ablato; Est enim medium quiddam inter lignum
et corticem; Rami sunt qui de trunco manant. sic
a ramis surculi. Surculi sunt a precisione serre nun
cupati. Virgultum est quod de radice pullulat. Ramus
de ipso robore arboris. Virga que de ramis; Proprie
autem uirgultum appellatur. quod a radicem arboris
nascitur. et quasi inutile ab agricolis amputatur. et hinc
dictum uirgultum. quod ex uirga tollitur. Virga uel
a uirtute dicitur. quod uim in se habeat multam. uel a uiridi
tate uel quod pacis indicium est quod uireat. Unde hac utuntur
magi. ad placandos inter se serpentes. uideri eo in ea hos
sustinente illigatos. Hac etiam philosophi ac reges et ma
gistri et nuncii et legati utuntur. Flagella dicuntur sum
me arborum partes ab eo quod crebros uentorum sustinent
flatus; Limas uocatas quasi comas. Folia greci fylia dicunt.
unde est ad nos hoc nomen per diriuationem translatum.
Flores nominati. quod cito soluuntur de arboribus quasi fluo
res. quod cito soluantur; In his duplex gratia coloris et odoris.
Austro enim flores soluuntur. zephiro fiunt. Ger
men dicimus surculum pregnantem a gerendo unde
et generatio; Fructus accepit nomen a frumine .i.
eminente gutturis parte qua uescimur. unde et fruges.
Fructus autem proprie dicitur agrorum et arborum. quibus
utique utimur; In animalibus uero abusiue et translatiue
uocari fructum. Poma dicta ab opimo .i. a copie
ubertate; Matura dicuntur que apta sunt ad man
ducandum; Ligna dicta quod accensa conuertuntur
in lumen. unde et lignus dicitur quod lumen det; Torris lignum
adustum. quem uulgus titionem uocat. foco se

miustum et extinctum. Quisquilie sunt stipule minute
surculis ac foliis aridis; Sunt autem purgamenta ter
rarum de propriis nominibus arborum; Palma dicta quod
manus uictricis ornatus est. uel quod expansis est ramis
in modum palme hominis. Est enim arbor insig
nis uictorie. procero ac decoro uirgulto. diuturnisque
uestita frondibus et folia sua sine successione conseruans.
Hanc greci phoenicem dicunt. quod diu durat. ex nomine
auis illius arabie. que multis annis uiuere perhibetur. Fruc
tus eius dactuli a digitorum similitudine nuncupati sunt.
Laurus a uerbo laudis dicta. hac enim uictorum capita co
ronabantur. Apud antiquos autem laudea nominabatur.
Postea .d. littera sublata et subrogata .r. dicta est laurus.
ut in auriculis que in initio audicule dicte sunt. et me
didies qui nunc meridies dicitur. Hanc arborem greci da
phinem uocant. eo quod numquam deponat uiriditatem;
Inde illa potius uictores coronantur. Sola quoque hec arbor uul
go fulminari minime creditur; Malus a grecis dicta quod sit
fructus eius pomorum omnium rotundissimus; Unde et hec
uera mala que uehementer rotunda sunt; Malomellus
a dulcedine appellata. quod fructus eius mellis saporem
habeat. uel quod in melle seruentur. Malum punicum dicitur
quod ex punica regione sit genus eius translatum. Idem et
malum granatum. eo quod intra rotunditatem corticis
granorum contineat multitudinem. DE FICU.

Ficus latine a fecunditate uocatur. feracior est enim
arboribus ceteris. nam ter quaterque per singulos annos gene
rat fructum. atque altero maturescente alter oboritur;
Hinc et carice a copia nominate. Ficus egyptia fecundior
fertur. cuius lignum in aquam missum continuo mergitur

et cum in limo aliquamdiu iacuerit: deinde in superficiem sustollitur. versa vice nature quoniam madefactum debuit humoris pondere residere; Acerbis mero sepius sumpte fici rugas eorum fertur distendere. Tauros quoque ferocissimos ad fici arborem colligatos. repente mansuescere dicunt;

Item. DE ARBORIBUS.

Morus a grecis vocata. quam latini rubum appellant. eo quod fructus eius vel virgultum eius rubet. Est enim morus silvestris fructum afferens. quibus in deserto pastorum fames ac penuria confovetur. Huius folia super iactata serpenti fertur interimi; It.

Sicomorus sicut morus greca nomina sunt. dicta autem sicomorus. eo quod folium eius sit simile moro. Hanc latini celsam appellant ab altitudine. quia non est brevis sicut morus; ITERUM

Nux appellata quod umbra vel stillicidium foliorum eius proximis arboribus noceat. hanc alio nomine latini iuglandem vocant. quasi iovis glandem. fuit enim hec arbor consecrata iovi. Cuius pomum tantam vim habet ut missum inter suspectos herbarum vel fungorum cibos. quicquid eis virulentum est exsudet. rapiat et extinguat. It. Nuces autem generaliter dicuntur omnia poma corio duriori tecta. ut pinee nuces. avellane glandes. castanee. amigdale. hinc et nuclei dicti. quod sint duro corio tecti. At contra poma omnia mollia mala dicta sunt. sed cum adiectione terrarum in quibus antea nata sunt. ut persica. punica. mattiana. Amigdala grecum nomen est. que latine nux longa vocatur. Cunctis enim arboribus prior flore se vestit. et ad inferenda poma arbusta sequentia provenit. Castaneam latini a greco appellant vocabulo. Hanc enim castaneam vocant. eo quod fructus eius gemini in modum testiculorum intra

folliculum sunt reconditi. Qui dum eiciuntur. quasi castrantur et arbor simul ut excisa fuerit. tamquam silva repullulare consuevit; It. Ilex ab electo vocata. huius enim arboris fructum. homines primum ad victum sibi elegerunt; Unde et poeta; Mortales primi ructabant gutture glandem. prius enim quam frumenti usus esset. antiqui homines glande vixerunt; ITER.

Fagus et esculus arbores et glandifere. ideo vocate. dicuntur vel creduntur quod earum fructibus olim homines vixerunt. cibumque sumpserunt. escamque habuerunt. Nam esculus ab esca dicta. fagus vero a greco vocata. fage enim grece comedere dicitur. Ciliceon quam latini corrupte siliquam vocant; Et ideo a grecis tale nomen accepit. eo quod ligni eius fructus sit dulcis. Xilon quippe greci dicunt. lignum. licon dulcem. Huius arboris pomo sucus expressus: accatia a grecis dicitur; ITERUM.

Pistatia arbor quod cortex pomi eius nardi pistici odorem referat; Pinus arbor picea. ab acumine foliorum vocata. pinnum autem antiqui acutum nominabant. pinum autem aliam possin aliam greci peucen vocant. quam nos piceam dicimus: eo quod desudet picem; In germanie autem insulis huius arboris lacrima electrum gignit. Gutta enim defluens rigore vel tempore in soliditatem durescit: et gemmam facit. de qualitate sua nomen accipiens. id est sucinum. eo quod sucus sit arboris; Pinus creditur prodesse cunctis que sub ea servantur. sicut ficus arboris nocere omnibus. It. Abies dicta est quod pre ceteris arboribus eat longe. et in excelsum promineat; Cuius natura expers est terreni humoris. ac proinde habilis atque levis habetur. Hanc quidam vocant propter candorem. est autem sine nodo;

Cedrus est quam greci cedros vocant. cuius folia cypressi similitudinem habent; lignum vero iocundi odoris est et diu durans. nec a tinea umquam exterminatur; Unde et veteres propter diuturnitatem ex hoc ligno lacunaria fiunt. Huius ligni resina cedria dicitur. que in conservandis libris adeo est utilis ut perliniti ex ea nec tineas patiantur. nec per tempora consenescant. It.

Cipressus grece dicitur quod caput eius a rotunditate in cacumen erigitur. Unde et conus vocatur. id est alta rotunditas; hinc et fructus eius conum. quod rotunditas eius talis est ut conum imitetur; Unde et coniferre cypressi dicuntur. Hoc lignum cedro pene primam habet virtutem. templorumque trabibus aptum impenetrabili soliditate perseverant; Antiqui cypressi ramos propter rogum constituere solebant. ut odorem cadaverum dum urerentur opprimerent iocunditate sui odoris. ITERUM.

Iuniperus grece dicta sive quod ab amplo in angustum finit ut ignis sive quod conceptum diu teneat ignem. adeo ut si pruine ex eius cinere fuerint cooperte: usque ad annum perveniant. piro enim apud grecos ignis est. ITERUM.

Platanus a latitudine foliorum dicta vel quod arbor ipsa patula sit et ampla; Nam platos greci latinum vocant. Frequentat huius arboris scriptura nomen et formam dicens. Quasi platanus dilatata sum in plateis; Est autem tenerrimus foliis ac mollibus vitium similibus; ITERUM.

Quercus sive grimus quod ea soliti erant dii gentium responsum precanere. arbor multum annosa. sicut legitur de quercu mambre. sub qua habitavit abraham. que fertur usque ad constantini regis imperium per multa secula perdurasse. fructus huius galla appellatur; ITERUM.

Fraxinus vocari fertur. quod magis inter aspera loca montanaque fraga nascatur: hinc per diriuationem fraxinus sic a monte montanus. de qua ovidius. et fraxinus utilis hastis. Alnus quod alatur amne. prima enim aqua nascitur: Nec facile extra undas vivit. hinc et tenera et mollis quod in humesti loco nutritur; ITERUM.

Ulmus nomen accepit: quod uliginosis locis et humidis melius proficit. Nam in montanis et aspris minus leta est. Populus dicta quod ex eius calce multitudo nascatur. Cuius genus duplex est: nam altera est alba. altera nigra. alba autem populus dicta. quod folia eius una parte sunt alba altera viridia. Hec ergo bicolor habens quasi noctis et diei notas quo tempore occasuque constat. Generat etiam resinam circa heridanum fluvium vel ut alii memorant: in finibus syrie. It.

Salix dicta quod celeriter saliat. hoc est velociter crescat. Arbor lenta. vitibus habilis vinciendis. Cuius seminis hanc dicunt esse naturam. ut siquis illud in poculo hauserit: liberis careat. sed et feminas infecundas efficit. Populus. et salix. et tilia. mollis materie sunt. et ad sculpturam apte.

Vimen vocari. eo quod vim habeat ITERUM multam viroris. natura enim eius talis est: ut etiam si arefacta abluatur virescat deinde excisa. atque in humo fixa. radicibus se se ipsa demergit; ITERUM.

Buxus grecum nomen est. ex parte a latinis corruptum. pyxos enim appellatur a grecis. arbor semper virens. et levitate materie elementorum apicibus apta. unde et scriptura. scribe in buxo; ISIDORUS

DE NATURA HOMINIS

Natura dicta eo quod nasci aliquid faciat. Gignendi enim et faciendi potens est. Hanc quidam deum esse dixerunt. a quo omnia creata sunt et existunt; Genus



a gignendo dictum cui derivatum nomen est terra. ex qua omnia gignuntur; Ge enim grece terra dicitur. Vita dicta propter vigorem vel quod vim teneat nascendi atque crescendi. Unde et arbores vitam habere dicuntur; quia gignuntur et crescunt,

Homo dictus quia ex humo est factus sicut et in genesi dicitur. Et creavit deus hominem de humo terre; Abusive enim pronuntiatur ex utraque substantia totus homo. id est ex societate anime et corporis. Nam proprie homo ab humo. Greci enim antropum appellaverunt. eo quod sursum aspectet. sublevatus ab humo. ad contemplationem artificis sui. Quod ovidius poeta designat cum dicit; Pronaque conspectant animalia cetera terram. Os homini sublime dedit celumque videre, Iussit et erectos ad sidera tollere vultus, Qui ideo erectus celum aspicit. ut deum querat; non ut terram in~~terram~~tendat. veluti pecora que natura prona et ventri obedientia finxit. Duplex est autem homo interior et exterior; Interior homo anima. exterior homo corpus, Anima autem a gentilibus nomen accepit. eo quod ventus sit; Unde et grece ventus animos dicitur. quod ore trahentes aerem vivere videamus, Sed apertissime falsum est. quia multo prius gignitur anima quam concipi aer ore possit. quia iam in genitricis utero vivit; Non est igitur aer anima quod putaverunt quidam. qui non potuerunt incorpoream eius cogitare naturam. Spiritum idem esse quod animam evangelista pronuntiat dicens. Potestatem habeo ponendi animam meam. et potestatem habeo iterum sumendi eam; De hac et anima in ipso domini passionis tempore memoratus evangelista ita protulit dicens; Et inclinato capite emisit spiritum; Quid est enim emittere spiritum: nisi quod animam ponere? Sed anima dicta propter quod vivit; Spiritus autem vel pro spirituali natura vel pro eo quod inspiret in corpore.

Item animum idem esse quod animam. sed anima vite est. animus consilii; Unde et dicunt philosophi. et sine animo vitam manere. et sine mente animam durare; Unde et amentes; Nam mentem vocari ut sciant. animam ut velint; Mens enim vocata quod emineat. vel quod meminit. Unde et immemores amentes. Quapropter non anima sed quod excellit in anima mens vocatur tamquam caput eius vel oculus. Unde et ipse homo secundum mentem ymago dei dicitur; Ita enim hec nomina adiuncta ~~iuncta~~ sunt anime ut una res sit. Pro efficientiis enim causarum diversa nomina sortita est anima. Nam et memoria mens est. Unde et

inmemores dementes; Dum g° uiuificat corpus. aīa .ē.
Dum uult animus .ē. Dum scit ~~sect~~ mens .ē. Dum recolit
memoria .ē. Dum rectum iudicat: ratio .ē. Dum spirat
spc̄ .ē. Dum aliquid sentit sensus .ē. Nam inn̄ animus
sensus. dr̄. p his que sentit; Vn̄ 7 sententia nomen accep.
Corpus dictum eo q corruptum pit. Solubile enim
atq; mortale .ē. 7 aliqn̄ soluendum. Caro enim a crean
do .ē. appellata. Crementum enim semen .ē. masculi. vn̄
animalium 7 hominum corpora concipiunt; hinc 7
parentes creatores uocantur; Caro enim .ex. iiii. elem̄
tis compacta .ē. Nam trām in carne .ē. aerem in alitu. hu
morem in sanguine. ignis in calore uitali. hn̄t. ħ. in nob
elementa sua queq; partem. cuius quid debetur com
page resoluta. Caro enim 7 corpus diūsa significant; Incar
ne semp corpus. n̄ semp in corpore caro; Nam caro .ē. q
uiuit. idem 7 corpus. Corpus q n̄ uiuit. idem nec ca
ro; Nam corpus dr̄. aut q p° uitam .ē. mortuum. aut
sine uita .ē. conditum; Interdum 7 cum uita 7 corpus.
7 n̄ caro. ut hba 7 lignum; Sensus corporis. quinq; st̄.
Visus. auditus: gustus. odoratus. 7 tactus. Ex quibus
duo aperiunt 7 claudunt; Duo semp patentes sunt.
Sensus dicti. q p eos anima subtilissime totum corp
agitat: uigore sentiendi. Vn̄ 7 psentia nuncupantur
q sint psensibus sic p oculis. q psto sunt oclis. Visus .ē.
qui a filosophis humor uitreus appellat; Visum enim
quidam fieri asserunt aut tra. aut extrema etheria.
luce aut interno spu lucido p tenues uias. a cerebro ueni
entes. atq; penetratis tunicis in aere exeuntes. 7 tunc cō
mixtione materie simil uisum dantes. Visus dict q
uiuacior sit ceteris sensibus. ac pstancior. siue uelocior:

amplexiusq; uigeat. quantum memoria int ceta m̄
tis officia; Vicinior .ē. enim cerebro. unde omnia ma
nant; Ex q° fit ut ea que alios ptinent sensus; Vide di
camus; Veluti conditimus; Vide q°m sapit. sic 7 ceta.
Auditus appellatus q uoces hauriat. h aere uerberato
suscipiat sonos; Odoratus q̄i aeris odorat tactus; Tacto
enim aere sentit. sic 7 olfactus q odoribz efficiatur.
Gustus a gutture dict. Tactus eo q ptractet 7 tangat.
7 p omnia membra uigorem sensus aspgat. Nam
tactu pbamus. quicquid ceteris sensibz iudicare n̄
possumus; Duo enim gen̄a tactus sunt. Nam aut
extrinsecus 7 usu uen̄ q feriat. aut intus in ipō corpe
oritur; Vnicuiq; enim sensui ppam natam datam;
Nam q uidendum .ē. oclis capitur. q audiendum
auribz; Mollia ac dura tactu estimant. sapor gustu.
odor naribz dicit. pma pars corpis cap tantum. datūq;
illi h nomen eo q sensus omnes 7 nerui inde initium
capiant. atq; ex eo omnis uigendi causa oriatur. Ibi enī
omnes sensus apparent; Vnde ipsius anime que cō
sulit corpori quodamm̄ psonam gerit; Vertex .ē. ea
pars qua capilli capitis colliguntur. 7 in qua cesaries
uertitur. Vnde 7 nuncupatur; Caluaria ab ossibz
caluis. dicta deletionem 7 neutraliter pnunciatur.
Occipicium capitis pars posterior. quasi cont captū
ul q sit capitis retrorsum; Capilli uocati q̄i capitis pi
li. facti ut 7 decorem pstent. 7 cerebrum acclusum frig
muniant. atq; a sole defendant; Pilos enim dictos.
apelle qua pdeunt. sic 7 pilum dr̄ a pila n̄ pigmtum
non tunditur. Cesaries a cedendo uocata. Ideoq̄ est tan̄
uirorum .ē. Virum enim tonsum ee decet. mulierem

non decet. Come sunt proprie non secti capilli. et est grecus
sermo. Nam comas greci. kay—coi. a secando no
minant; Unde et kipin tondere. Inde et cirri uocantur
quos idem greci —caaoʒe— uocant. Crines proprie mu
lierum sunt; Dicti enim crines. eo quod uittis discer
nantur. Unde et discriminalia dicuntur quibus diuisi colli
gantur; Tempora sunt que caluarie dextera leuaque
subiacent. que ideo sic nuncupantur. quod mouentur.
ipsaque mobilitate quasi tempora quibusdam interuallis
mutantur. Facies dicta ab effigie. Ibi enim est tota
figura hominis et uniuscuiusque persone cognitio. Vultus
uero dictus. eo quod per eum animi uoluntas ostenditur.
Secundum uoluntatem enim in uarios motus mutatur.
Unde et differunt sibi utroque; Nam facies simpliciter acci
pitur. de uniuscuiusque naturali aspectu. uultus
enim animorum qualitatem significat. Frons ab
oculorum foraminibus nominata est. Hec ymago quedam
animi mentis motum specie sua exprimit. dum uel leta
uel tristis est. Oculi uocati. siue quod eos ciliorum tegmi
na occultant. ne qua incidentis iniurie offensione
ledantur. siue quod occultum lumen
habeant. id est secretum uel intus positum. Hi inter omnes
sensus uiciniores anime existunt; In oculis enim
omne mentis indicium est. Unde et animi perturbatio uel
hilaritas in oculis apparet; Oculi enim idem et lumi
na et dicta lumina. quod ex eis lumen manat. uel quia ini
tio sui clausam teneant lucem. aut extrinsecus ac
ceptam. usui proponendo refundant; Pupilla est me
dius punctus oculi. in quo uis uidendi est. Ubi quia parue
ymagines nobis uidentur. propterea pupille apellantur;

Nam paruuli pupilli dicuntur. hanc plerique pupillam
uocant. Vocatur enim pupilla. quod sit pura atque inpol
luta. ut sunt puelle; Phisici dicunt easdem pupillas
quas uidemus in oculis morituros ante triduum
non habere quibus non uisis certa est desperatio; Circulus uero qui a
pupilla albe partes oculi separantur. discreta nigre
dine corona dicitur. quia rotunditate sua ornet ambitum
pupille. Voluos enim quidam appellant uertices
ipsos oculorum a similitudine ualuarum; Palpebre
sunt sinus oculorum a palpitatione dicte. quia semper
mouentur. Concurrunt enim inuicem. ut assiduo
motu reficiant obtutum. Munite sunt enim inuicem
uallo capillorum. ut et apertis oculis si quid inciderit repel
latur. ut et sompno conibentibus tanquam inuoluti qui
escant latentes; In summitate enim palpebrarum lo
cis quibus se ultra se clausa contingunt. extant ad notati
ordine seruato capilli tutelam oculis ministrantes:
ne irruantes facile iniurias excipiant. et ex eo noceantur.
ut pulueris uel cuiuscumque crassiores materie arceant con
tactum. aut ipsum quoque aerem concidendo mitificent. quo te
nuem atque serenum faciant uisum; Lacrimas a lacera
tione mentis quidam putant dictas. alii existimant
ideo quod greci lassiria uocant. Cilia sunt tegmina quibus
cooperiuntur oculi. Et dicta scilia quod celant oculos. teganturque
tuta custodia. Supercilia dicta. quia supposita sunt ciliis
Que iccirco pilis uestita sunt. ut oculis munimenta
pretendant. et sudorem a capite defluentem depellant.
Inter cilium uero est medium illud inter supercilia. quod sine pilis est.
Gene sunt inferiores oculorum parte; Unde barbe incho
ant; Nam grece gene barbe. Hinc et gene quod inde incipi

ant barbe gigni; Male sunt eminentes sub oculis partes ad ptectionem eorum subposite; Vocate autem male siue q infra oculos in rotunditatem pminent; que greci melam appellant. siue q sint sup maxillas. Maxille p diminutionem a mal. sic paxillus a palo. taxillus a talo; Mandibule sunt maxillarum partes. ex q ⁊ nomen factum. Barbam ueteres uocauerunt. quod uirorum sit n̄ mulierum. Aurium inditum nomen. a uocibꝫ hauriendis; Unde ⁊ uirgilius; Vocemq; his auribꝫ hausi; Aut q uocem ipsam greci audienludien uocant ab auditu; Per immutationem enim littere. aures qͥ audes nuncupate sunt; Vox enim repcussa p anfractus quo sensum excipiant. audiēdi earū sompñ facit; Pinnola summa pars auris ab acumine dicta; Pinnon enim antiqui acutum dicebant. Vn̄ ⁊ bipennis ⁊ pinna; Nares ideo nominantur. q p eas odor. ul spc manare n̄ desinit. siue q nos odore admoneant. ut odorem aliquid adiamus. Vn̄ econtͦ inscii ac rudes ignari dr̄. Olfecisse enim ueteres scisse dicebant; Terentius; Ac n̄ notis exmensibꝫ pͥus olfecissent. qm̄ ille quicqm̄ cepit; Narium recta pars eo quod equaliter sit in longitudine ⁊ rotunditate. porrecta columpna uocatur; Extremitas eius pirula. ac formula pomipi. Que uͦ dextra leuaq; sunt pennule ab alarum similitudine. Medium autem interfinium; Os dictum. q p ipm qͥ p hostium ⁊ cibos intus mittimus. ⁊ sputum foras pciimus. ul q illuc ingrediuntur cibi ⁊ in egrediuntur sermones; Labia. a labendo sunt nominata. Quod autem supius ē labium dnt. q inferius eo q grossius sit labrum. Alii uirorū

Labra. mulierum labia dicunt. Lingue a ligando cibo putat uarro nomen impositum; Aliq p articulos sonos ligat uerba. Sicut enim plectrum cordis. ita lingua illiditur dentibꝫ. ⁊ uocalem sonum efficit. Dentes greci odontes dicunt. ⁊ in in latinum uidentur trahe nomen. Horum pͥmi pcisores dr̄. q omne q accipitur ipi prius incidunt; Sequentes canini uocantur. quorum duo in dextera maxilla. ⁊ duo in sinistra sunt; Et dicti canini qui ad similitudinem caninorum existunt. ⁊ canis ex ipsis ossa confringit. sic ⁊ homo ut q n̄ possunt pores pcidere. illis tradunt ut confringant. Hos uulgus p longitudine ⁊ latitudine ⁊ rotunditate. colomellos uocant; Ultimi sunt molares. qui concisa a pͥoribꝫ atq; confracta subigunt. ⁊ molunt. atq; in massant. Vn̄ ⁊ molares uocati st; Dentium autem numerum discernit. qualitas sexus. Nam in uiris plures. in feminis pauciores existunt. Gingiue a gignendis dentibꝫ nominate, facte sunt ad decorem dentium. ne nudi horrori pocius qm̄ ornamenta existerent; Palatum nr̄m sic celum. ē positum. ⁊ in palatum a palo p diruationem; Sed ⁊ greci similiter palatum uranum appellant eo q p sui concauitate celi similitudinem habeat; Fauces a fundendis uocibꝫ nominate. ul q p eas famur; Artherie uocate. siue q p eas a pulmone aer ł ē spc fert. seu q artis ⁊ angustis meatibꝫ spm̄ uitalem retineant; Vn̄ uocis sonos emittunt; Qui soni uno modo sonarent. n̄ lingue motus distantias uocis efficeret. Toles gallica lingua dr̄. quas uulgo p diminutionē tyrilos uocant. que in faucibꝫ turgescere solent; Mentum dictum q mandibule īn ouant ul q ibi iungantur; Gurgulio a gutture nomen trahit. cuius meatus ad os et nares pertendit. habens viam qua vox ad linguam transmittatur: ut possit verba colligere; Unde et garrire dicimus; Rumen proximum gurgulioni. quo cibus et potio devoratur; Hinc bestie que cibum revocant ac remandunt. ruminare dicuntur. Sublinguium vel operculum gurgulionis quasi parva lingua que foramen lingue recludit a pituita. Collum dictum quod sit rigidum et teres ut columpna baiulans caput et sustentans quasi capitolium; Cuius anterior pars gula vocatur. Posterior cervix; Cervix autem vocata. quod per eam partem cerebrum ad medullam spine dirigitur: quasi cerebri via; Veteres autem plurali tantum numero cervices dicebant; Primus Ortensius cervicem singulariter dixit. Cervix autem numero singulari membrum ipsum significat; Nam pluraliter contumaciam sepe demonstrat; Cicero in Verrinis: Pretorem tu accuses frange cervices; Humeri dicti quasi armi ad distinctionem hominis a pecudibus mutis. ut hi humeros ille armos habere dicatur. Nam proprie armi quadrupedum sunt; Olam summi humeri pars posterior; Brachia a fortitudine nominata. Bari enim grece. forte et grave significatur; In brachiis enim tori lacertorum sunt et insigne musculorum robur existit; In his sunt tori idem musculi. id est dicti tori. quod illic viscera torta videantur. Cubitum dictum. quod ad cibos sumendos in ipso cubamus; Ulna secundum quosdam utriusque manus extensio est. secundum alios cubitus. quod magis verum est. quod grece ulenos cubitus dicitur. Ale sub brachia sunt appellate. eo quod ex eis in modum alarum motus brachiorum inchoat.

---

quas quidam ascellas vocant. quod ex eius brachia cilluntur. id est moventur; Unde et oscilla dicta ab eo quod oscillantur. hoc est moveantur ora. Nam cillere est movere. Has quidam subhircos vocant. propter quod in plerisque hominibus hircorum fetorem reddunt. Manus dicta quod sit totius corporis munus; Ipsa enim cibum ori ministrat. ipsa operatur omnia. atque dispensat. per eam accipimus et damus; Abusive autem manus etiam ars vel artifex. Unde et manus precipuum dicimus. Dextera vocatur a dando. ipsa enim pignus pacis datur; Ipsa testis fidei atque salutis adhibetur. et hoc est illud apud Tullium. fidem publicam iussu senatus dedi: id est dexteram; Unde et apostolus dicit; Dexteras mihi dederunt et Barnabe societatis. Leva quod aptior sit ad levandum. Sinistra autem vocata. quasi sine dextera. sive quod rem fieri sinat. A sinendo enim sinistra vocata est. Palma est manus expansis digitis sicut et contractis pugnus; Pugnus autem a pugillo dictus. sicut palma ab expansis palme ramis. Digiti nuncupati vel quod decem sunt. vel quod decenter iuncti existunt; Nam habent in se et numerum perfectum et ordinem decentissimum. Primus pollex vocatus quod inter ceteros polleat virtute et potestate. Secundus index et salutaris. sive demonstratorius. quod fere eo salutamus. vel ostendimus. vel indicamus. Tertius impudicus. quod plerumque per eum obprobrii insectatio exprimitur. Quartus anularis eo quod in ipso anulus geritur; Idem et medicinalis. quod eo trita collyria a medicis colliguntur; Quintus auricularis pro eo quod eo aurem scalpimus; Ungulas ex greco vocamus. illi enim hasonices dicunt. Truncus media pars corporis a collo ad inguinem; De quo Nigidius. Caput collo vehitur. truncus sustinetur. coxis et genibus cruribusque. Torax a grecis dicitur anterior pars trunci a collo usque ad stomachum. Quam nos dicimus archam eo quod ibi archanum sit, id est secretum, quo ceteri arceantur. Unde et arca et ara dicta quasi res secrete. Sinus eminentes pulpe mamille. Inter quas pars illa osse asperior dicitur. dextra levaque coste. Pectus vocatum quod sit pexum inter eminentes mamillarum partes. Unde et pectinem dici: quod pexos capillos faciat. Mamille vocate quia rotunde quasi male per diminutionem scilicet. Papille capita mammarum sunt quas sugentes comprehendunt. Et dicte papille quod eas infantes quasi palpant dum lac sugunt. Proinde mamille omnis eminentia uberis. papilla vero breve illud unde lac trahitur. Ubera vero dicta vel quia lacte uberata. vel quia humida humore scilicet lactis in modum uvarum plena. Lac vim nominis a colore trahit quod sit albus liquor. Leucos enim greci album dicunt. Cuius natura ex sanguine commutatur: Nam post partum siquid sanguinis nondum fuerit uteri nutrimento consumptum. naturali meatu fluit in mammas. et earum virtute albescens. lactis accipit qualitatem. Cutis est que in corpore prima est. appellata quod ipsa corpori supposita incisionem prima patiatur. Cutis enim grece incisio dicitur. Idem et pellis. quod externas iniurias corporis tegendo pellat. pluviasque et ventos solisque ardores perferat. Pellis autem mox detracta subacta iam corium dicitur. Corium autem per derivationem caro appellatur quod eo tegatur. Sed hoc in brutis animalibus proprium. Pori corporis greco nomine appellantur: qui latine proprie spiramenta dicuntur. eo quod per eos vivificus spiritus exterius ministratur: Arvina est pinguedo cuti adherens. Pulpa est caro sine pinguedine. dicta quod palpitet: resilit enim sepe. Hanc

plerique et viscum vocant. propter quod glutinosa sit. Membra sunt partes corporis; Artus quibus colligantur membra. quasi ab artando dicti. Nervi greca derivatione appellati. quos illi neura vocant; Alii latine vocatos nervos putant. eo quod artuum coniunctiones invicem his inhereant; Maximam autem virium substantiam nervos facere certissimum est. Nam quanto fuerint densiores tanto propensius augescere firmitatem. Artus dicti quod colligati invicem nervis coartentur: id est stringantur: quorum diminutiva sunt articuli. Nam artus dicimus membra maiora ut brachia. articula minora membra. ut digiti. Compagines capita sunt ossuum dicta. eo quod sibi compacta sunt nervis. velut glutino quodam adhereant; Ossa sunt corporis solidamenta. in his enim positio omnis roburque subsistit. Omnia autem ab usto dicta. propter quod cremarentur ab antiquis sive ut alii putant ab eo quod ibi pateant. namque undique cute visceribusque obtecta celantur; Medulle appellate quod madefaciant ossa. irrigant enim et confortant.

Vertibule sunt summe ossuum partes crassioribus nodis conglobate. dicte ita eo quod ad inflexionem membrorum illa vertantur. Cartilagines ossa mollia et sine medulla. Quod genus auricule et narium discrimen et costarum extremitates habent sive opercula ossuum que moventur. Et dicti cartilagines quod levi attritu careant dolore dum flectuntur; Costas appellari quidam putant quod ab ipsis interiora custodiantur. et tota mollicies ventris vallata salvetur; Latus quia iacentibus nobis latet. est enim leva pars corporis. Dextro autem lateri habilior motus est. levo fortior et oneri ferendo accommodatior; Unde et leva nuncupata. quod aptior sit ad

leuandum aliquid et portandum; Ipsa enim gestat
clipeum. ensem. pharetram et reliqua onera, ut expe
dita sit dextera ad agendum. Dorsum est a ceruice
usque ad renes. Dictum autem dorsum quod superficies
durior corporis. in modum saxi fortis. et ad portan
dum et ad perferendum; Terga quia in ea supini iacemus
inter quod solus homo potest. Nam muta animalia tantum
aut in uentre aut in latere iacent; Unde in animalibus
abusiue terga dicuntur; Scapula a scandendo dicitur. Inter
scapilium est spatium quod inter scapulas est. Unde et no
minatum; Pale sunt dorsi dextera leuaque eminen
tia membrorum dicta quod in luctando eas premimus. quod greci
palin dicunt; Spina est iunctura dorsi. dicta quod ha
beat radiolos acutos cuius iuncture spondile ap
pellantur. propter partem cerebri que fertur per os longo
tractu ad ceteras corporis partes; Sacra spina est ima
perpetue spine quam greci hironoston uocant quia primum in
fante concepto nascitur. ideoque et bestia ad primum
agentibus diis suis dabatur. unde et sacra spina dicitur. Renes a
uario dictos quod riui ab his obsceni humoris nascuntur.
Nam uene et medulle tenuem liquorem desudant
in renibus; Qui liquor rursus a renibus calore uenerio reso
lutus decurrit. Lumbi ob libidinis lasciuiam dicti.
quia in uiris causa corporee uoluptatis inest. sicut in
umbilico feminis. Unde et ad Iob in exordio sermonis dic
tum est. Accinge sicut uir lumbos tuos ut in his esset resis
tendi preparatio in quibus libidinis est usitata domina
di occasio. Umbilicus est medius locus corporis. dictus quod
sit umbo illorum; Unde et umbo appellatur locus in me
dio clipei a quo pendet. Ilium greco sermone appellatur.

---

dicti qui sine oculis. id est a parentibus orbi. Hi autem
uere pupilli dicuntur quorum patres uel parentes ante deces
serunt quam ab his nomen acciperent. ceteri orbi uocan
tur. Orphani id est qui et pupilli. Illud enim grecum
nomen est. hoc latinum. Nam et in psalmo ubi legitur.
pupillo tu eras adiutor. grecus habet orphano. Pube
res a pube uocati. id est a pudentia corporis nuncupati.
quia hec loca primo lanuginem ducunt. Quidam autem pu
bertatem existimant. id est eum puberem esse. qui .xiiii. annos
expleuerit. quamuis tardissime pubescat. Certissime
autem eum puberem esse. qui et ex habitu corporis puberta
tem ostendit. et generare iam possit. Puerpere sunt
que annis puerilibus pariunt. Unde et Oratius. laudatur
primo iam prole puerpera nato. Et dicte puerpere. uel quia
primo partu grauantur. uel quia primum pueros pariunt.
Adolescens dictus eo quod sit ad gignendum adultus
siue accrescere et augere. Iuuenis uocatus quod iuuare pos
se incipit ut in bobus iuuenci cum a uitulis discesserint.
Est enim iuuenis in ipso etatis incremento positus.
et ad auxilium preparatus. Nam iuuare hominis est opus
aliquod conferentis; Sicut autem tricesimus perfecte etatis est
annus in hominibus ita in pecudibus ac iumentis tercius ro
bustissimus. Uir nuncupatus. quia maior in eo uis
est quam in feminis. Unde et uirtutis nomen accepit siue
quod ui agat feminam. Mulier uero a mollicia. tanquam
mollior. R. detracta littera uel mutata. e. mulier. Utraque
enim fortitudine et imbecillitate corporum separantur.
Sed ideo uiri maxima uirtus. mulieris minor ut pa
ciens uiro esset. Scilicet ne feminis repugnantibus li
bido cogeret uiros aliud appetere aut in alium sexum

pruerit. Vnde mulier dicitur secundum femineum sexum, non secundum corruptionem integritatis. et hoc ex lingua sacre scripture. Nam eua statim facta de latere uiri sui, non dum contacta a uiro mulier appellata est, dicente scriptura. Et formauit eam in mulierem. Virgo a uiridiori etate dicta est, sicut et uirga, sicut et uitula. Alias ab incorruptione quasi uirago, quod ignoret femineam passionem. Virago uocata quia uirum agit, hoc est opera uirilia facit et masculini uigoris est. Antiqui enim fortes feminas ita uocabant. Virgo autem non recte uirago dicitur si non uiri officio fungitur. mulier uero si uirilia opera agit, recte uirago dicitur, ut amazona. Que uero nunc femina antiquitus uira uocabatur, sicut a seruo serua, sicut a famulo famula, ita a uiro uira. Hinc et uirginis nomen quidam putant. femina uero a partibus femorum dicta, ubi sexus species a uiro distinguitur. Alii greca ethimologia feminam ab ignea ui dictam putant, quia uehementer concupiscit. libidinosiores enim uiris feminas esse tam in mulieribus quam in animalibus. Vnde nimius amor apud antiquos femineus uocabatur. Senior est adhuc uiridior. In vi. libro ouidius. Senior inter iuuenemque. Terentius. Quo iure sumus adolescentiores. Non itaque magis adolescens, sed minus ut senior minus sene. ubi comparatiuus gradus minus significat a positiuo. Ergo senior non satis sicut iuuenior inter iuuenem, sicut pauperior inter pauperem. Senes autem quidam dictos putant a sensus diminutione, eo quod iam pre uetustate desipiant. Nam phisici dicunt stultos homines esse frigidioris sanguinis, prudentes calidi. Vnde et senes in quibus iam friget, et pueri in quibus non dum calet, minus sapiunt. Inde est quod conueniunt sibi infantium etas et senum. Senes enim

per nimiam etatem delirant. pueri per lasciuiam et infantiam ignorant quid agant. Senex autem masculini tantum est generis, sicut anus feminini. Nam anus dicitur sola mulier. Anus autem appellata a multis annis, quasi annosa. Nam si communis esset nomen, cur non diceret terentius senem mulierem. Hinc et uetula, quasi uetusta. Sicut autem a sene senectus, ita ab anu anilitas nominata est. Canicies autem uocata a candore, quasi candicies. Vnde est illud. florida iuuentus. lactea canicies. pro diceret candida. Senectus autem multa secum et bona affert et mala. Bona quia nos a potentissimis dominis liberat. uoluptatibus imponit modum. libidinis frangit impetus. auget sapientiam. dat maturiora consilia. Mala autem quia senium miserrimum est debilitate et odio. Subeunt enim morbi tristisque senectus. Nam duo sunt quibus minuuntur corporis uires. senectus et morbus. Mors dicta quod sit amara. uel a marte qui est effector mortium. siue a morsu primi hominis, quod uetite arboris pomum mordens mortem incurrit. Tria sunt autem genera mortis. acerba. inmatura. naturalis. Acerba infantum. inmatura iuuenum. merita id est naturalis senum. Mortuus autem ex qua parte orationis declinetur in certum. Nam sicut ait cesar ab eo quod est morior in participio preteriti temporis in tus exire debuit. per unum scilicet u. non per duo. Nam ubi geminata est littera u. nomen est non participium. ut fatuus. arduus. Conuenienter itaque factum. ut quemadmodum id quod significat non potest agendo. ita ipsum nomen non possit loquendo declinari. Omnis autem mortuus aut funus est aut cadauer. funus est si sepeliatur. et dictum funus a funibus accensis. quos ante feretrum papiris circumdatis cera ferebatur. Cadauer autem est si insepultum iacet. Nam ca dauer nominatum a cadendo quia iam stare non potest. Quod dum portatur exequias dicimus. Crematas reliquias conditum, iam sepultum, Corpus autem a consuetudine dicitur ut illud. Tum corpora luce carentum. Defunctus uocatus quia compleuit uite officium. Nam dicimus functos officio quia officia debita compleuerunt, Unde est et hominibus functus. Hinc ergo defunctus quod ab officio sit uite depositus. siue quod sit defunctus; Sepultus autem dictus eo quod iam sine pulsu et palpitatione est, id est sine motu. Sepelire autem est condere corpora. nam humare obruere dicimus. hoc est humum inicere;

De lapidibus igniferis.



Sunt lapides igniferi in quodam monte orientis qui grece dicuntur tirobolein. masculus et femina. Isti quando longe sunt ab inuicem ignis in eis non accenditur; Cum autem casu appropinquauerit femina masculo: statim ignis accenditur: ita ut ardeat omnia que sunt circa illum montem; Unde et uos homines dei qui istam uitam geritis separate uos longe a feminis ne cum appropinquaueritis ad inuicem: accendatur in uobis ille ignis geminus. et consumat bona que Christus contulit in uobis. Sunt enim angeli sathane qui semper inpugnant iustos. non solum sanctos uiros. sed etiam feminas castas. Denique Sanson et Ioseph ambo per mulieres temptati sunt. Unus uicit: alter uictus est. Eua et Susanna temptate sunt. Hec uicit illa uicta est. Custodiendum est ergo cor et diuinis preceptis omnimodis monendum. Nam amor feminarum quarum peccatum ab initio cepit. id est ab Adam usque nunc: in filios inobediencie debachatur,

A 1511

D

1511


mm 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180 190 200 210 220 230 240 250 260 270 280 290 300

GretagMacbeth™
ColorChecker® DC
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
1 cm
0.5 inch
mm 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180 190 200 210 220 230 240 250 260 270 280 290 300